

13870. V. L. g.
✓

Cx
Liberis Antonij Sche,
posterior Vicarij
in Tukain.

Herrg'same Rälf, und
bringt an die Freude
Ihres Hosen.
Orion ist auf die Canale
reig, solches ist bis Tod
Gott sehr unvöglig, und
Gott arbeitet nicht weiter,
bis das Christus, unverzüglich
wir zu sein Erfolg, bis
der ihm rückt arrieg, ob er
für den Feind Freyßtun
wolle, dann wird der der
Freude sind avoss, wenn
am Tod über sie toll
nicht Herrscher. Gott sei
bis zum Messenwochen
Gott, wohlgem. Lief auf den
Bawlet hat sein, obwohl
niedrigerdig, noch
Tugt die Freude ihres Leid
durch abgetötet, so sehr
in mir: und Gott
ist aberstetig der Tugt
sohn, der Tod: habe

und Sism Engel d. bring
fert, und Glorify,
also ist fortig.
2. Haf d. fortig hoc
bleibt in d. Lilsamkeit
und Salte! bis, so will
immer möglic, allein
denn ist die Hoc Gott
d. Iasim vorgangeneffles
Salte, Erwaltige, und
gewith Smeilend, sin,
et, wile, bis zuß, und
und mit d. Et, Et, Et,
wile, bis zuß, Et, Et,
Et, und Et, Et, Et, obis
du woffgraben Darab
Höcker, grizzly woly,
Lutwurst.
3. Van Et d. zohsam
et wir Et u. ausalter,
et gewicht, Et, Et,
et Et, so zahle ist
et Et, Et, Et, Et, Et, Et, Et,
et Et, Et, Et, Et, Et, Et, Et,
meditation, alle Et, Et, Et,

9 od 10 od 11 uff ja
ist auf den tripp, und
geset, füre gernlich gantz
abgemaetet, und die Lin-
geling von dem un-
welt, den ist angefert,
aber angefertigt ist. Zu
Vollbringen.

+ salbtheit ~~an~~ aufsig
als witz = hiltos, an
so gant wir kommen, und
an aufsig, witz, ein
biberwitz will gesetzt,
einsatz sindt, als wir
andere. Man kan nicht
was frei sag, ob wan man
off, od laugs seit nicht
isun innerst, und sic
beforcht, und dient,
+ laugs. Darbey sic
die sließt hand, dor
sind witz end abgesetz, le-
gen ~~le~~ legen, kann

emergens, et pericula Sot-
tis / tunc possit, ist
qui fortius est h:
Hic sonus sagit pax;
nece Samsonem fortior, nec
Davide saeculos, nec Sa-
lemone poteris esse sapientia-
rios, mezenato samps,
quod ejusque melius de
possessione sua para-
petri Colonia. Unde do-
ct: Bonaventura; ac
de mihi, quia non mea-
bius, vidi Cedros Liba-
ni, id est, magna con-
templacionis virtus mi-
serabiliter corruiisse.

5. Iul Lubinus iurafun-
dator, invenit res gestas Cesar-
ianum, hoc dicitur, invenit
autem Iouani Iosephum, dicitur
hunc Iosephum, ab eum
adversarii sui unde do-
ct: Gordius natus Masteri,
inventorum ab eis lantib

**R E G U L A
A U R E A
C O N F E S S A R I O R U M ,**

Id est,

**I N S T R U C T I O N E S
S A L U B E R R I M Æ**

Quas Sanctitate & Doctrina Eminentissimus Tit. S. PRAXEDIS Presb. Cardinalis


**S. C A R O L U S
B O R R O M Æ U S**

Archи-Episcopus Mediolanens. pro Confessoribus suæ Diocesis & Provinciæ edidit, & Sanctissimus D. N. INNOCENTIUS XII.

*in Urbe, adeoque Orbe, velut
R E G U L A M A U R E A M
commendavit.*

*Labaci, Typis & Impensis J. G. Mayr
Inclyt. Prov. Carn. Typ. 1721.*

030051756



PRÆFATIO.

Quantis hac tempestate Jaeta-
ta procellis fuerit navicula
Petri, circa praxin admini-
strandi Sacramentum Pœnitentiæ,
quod est altera post naufragium ta-
bula, paucis est inexpertum, incogni-
tuin nemini. Motus certè magnus fa-
ctus est in mari, ventosâ tot dissiden-
tium de illa Opinionū varietate, quas
inflans quotidie protrusit scientia. Hinc
nimia luxuriantium ingeniorum liber-
tate, velut vento valido propellebatur
in altum: istinc nimij rigoris ponde-
re deprimebatur in profundum, ut
navicula operiretur fluctibus, pari utro-
bique naufragij periculo. Dirigeban-
tur undique ad cœlestem Navarchū
publicæ privatæquè periclitantium
voces: *Domine Salva nos, perimus,*
scilicet mala, quæ nos premunt, ad

PRÆFATIO

Deum nos ire cōpellunt, S. Greg. Ipse vero dormiebat, suorum periculi minimè nescius, sed necessitatē prudens dissimulat amantissimus Pater, ut modicæ fidei timidos suavius corripiat, efficacius instruat, & affectus sui teneritudinē evidentiūs comonstret. Opportunē tandem suscitatus, impetravit ventis & mari, dum per fidum suum Nauclerum Romanum Pontificem, non tantum particulares utrīusque generis quam plurimas Opinions confixit, sed & generaliter, in virtute sanctae obedientiae præcepit, ut omnes tam in libris imprimendis ac manuscriptis, quam in Thesibus, disputationibus ac prædicationibus caveant ab omnī censura & nota, nec non a quibuscunque convitijs contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvētuntur, &c. Coercito hoc disputantium & scribentium æstu, subsidit æstus maris, & facta est tranquilitas magna, & quasi malitia; quia ventus & mare obediunt ei. Supererat

PRAEFATIO:

ut mari tranquillato, navigaturis
certa daretur REGULA seu gnomon;
cujus directione à procellis jam liberi
ad portum possent optatum securè
provehi. Id gloriæ Dei providentiā
servatum est ad clavum feliciter se-
pente Innocentio XII. qui per Eminentissimum suum Romæ Vicarium
hanc cedro dignam, Instructionibus
præsentibus, Romanis typis, hæc præ-
fixit Epistolam Pastoralem, ex Italico
quanta potuit fide huc translatam.

PASTORALIS EPISTOLA

Eminentissimi D. Cardinalis de
Carpineo Vicarij, institutionibus S.
Caroli Borromæi jussu sanctissimi
Pontificis Innocentij XII. Anno 1700.
Romæ editis præfixa.

Gaspar de Carpineo Sabinensis Episco-
pus, sancta Romana Ecclesia Cardinalis,
Vicarius Romæ, ac Romana Diœcesis,
Venerabilibus Confessarijs ejusdem Urbis,
ac Diœcesis, salutem in Domino.

Tametsi necessitatem instituendi
Sanctos Ministros & fideles dispen-

PRÆFATI O.

satores mysteriorum DEI , perspicuis
verbis declaraverit Apostolus , dicens :
Sic nos existinet homo , ut Ministros Chri-
sti , & dispensatores Mysteriorum DEI :
Id tamen in administratione Sacra-
menti pœnitentiæ longè gravioris
est momenti : ut enim illius usus fide-
libus cum dispositionibus necessarijs
ad illud accendentibus saluberrimus
est ; ita ejus administratio sacerdoti-
bus ministerio suo indignè functis
periculosisssima .

Mali tam gravis timore perculsi ,
cum Apostolo dicimus : *Hic jam que-*
ritur inter dispensatores , ut fidelis quis
inveniatur . Tales scilicet eligendi ,
qui nec privatis utilitatibus , ac cupi-
ditati serviant , nec vanum honorem
consequantur , sed uno Dei gloriæ , ac
salutis animarum agantur desideriō :
qui cœlestem illam potestatem non
pro arbitrio , quasi summi Dominij
jure exerceant , sed ut ministri obno-
xij reddendis Christo JESU supremo
judici rationibus dispensationis san-
guinis

PRÆFATI O.

guinis pretiosi , cuius applicatio ad remissionem peccatorum in hoc Sacramento ipsis concredita est.

Præmonuerat autem Salvator noster : *Cæcus, si Cæco ducatum præstet, ambo in foream cident: id est in æternam damnationem.* Quin & Phariseis exprobraverat, quod magnam sectatorum turbam ad se trahendi desiderio impulsi , circuiren^t *mare, & aridam* ut facerent *Proselytos* quos parvo moderamine in graviora crimina præcipites agerent , & filios gehennæ facerent. Illos denique increpat , quod perniciosis exemplis, pravaque doctrinâ regnum cælorum ante homines clauderent , quibus illud ut per sanctam Passionem , ac mortem suam aperiret , in mundum venerat : & quod regni illius aditum malitâ & nequitia sua sibi metipsis intercludentes alijs introitum prohiberent , quos à recta viâ avertebant , ad quam illos fideliter dirigere tenebantur.

Malum tam deplorandum dubio

PRÆFATIO.

procūl imminet, si pœnitentiæ Ministri integris, ac religiosis moribus non sint, immò vitia in se ipsis alant: quæ ex pœnitentium animis extirpare ex officio tenentur; si scientia destituti sint, aut Zelo imprudenti se abrip̄i sinant si animorum vulnera foveant, non sanare satagant instar pij Samaritani, vinum & oleum, id est lenitatem, ac severitatem Christianam opportunè adhibentes: si non modò negligant spiritualium vulnerum curationem, sed peccatorum licentiam, ac pravitatem detestanda foveant indulgentiâ, humanisque respectibus, quos ingenerant auctoritas, dignitas vel temporalia comoda, quæ ignavi illi Ministri ab ijs fortè sperant, quorum confessiones excipiunt. Qna quidem agendi ratione, secundum Prophetæ sententiam, consuunt pulvilos sub omni cubito manus & faciunt cervicalia sub capite universæ etatis ad capiendas animas Sic homines æternū perire, aut in peccacariis.

PRÆFATI O.

catis suis inveterascere, aut falsa securitate delusos, malè quiescere sinnunt, non attendentes, sacrum confessionis ministerium animas suas periculo exponere pro pœnitentiū animabus, quorum se fide jussores apud Deum constituunt.

Tanti igitur oneris pondus sentientes secundūm sapientis Oraculum, nulli parcere debent labori, nulli sollicitudini; adniti perpetuō, loqui, agere, monere, corripere, exhortari, nullam sibi requiem indulgere, donec sibi commissas animas ex tartarei draconis faucibus eripuerint.

Hac de causa sancti Ecclesiæ catholice Episcopi tam solicite invigilarunt, uti ex conciliorum decretis compertum est, ut sacerdotes ad tam sublime ministerium destinati, summa illud implerent animi attentione. Itaque pastorali ardentes zelo, nullum prætermittebant tempus, quo non revocarent illis in memoriā gravissima illa Regis Josaphat verba ad

PRÆFATIO.

Veteris legis sacerdotes antiquoque
populo præpositos duces: Sit timor
Domini vobiscum & cum diligentia cun-
cta facite ---- Sic agetis fideliter ex
corde persecuto. Omnem causam, qua
venerit ad vos fratrum vestrorum, ubi-
cunque questio est de lege, demandato, de
ceremonijs, & justificationibus, ostendite
eis, ut non peccent in Dominum. Sa-
pientissimi illius effati ratione affert
sanè luculentam, & quæ una in la-
cro presertim tribunali, plurimarum
loco esse possit: Non enim hominis
exercetis judicium, sed Domini: & quod-
cunque judicaveritis, in vos redun-
dabit.

Idipsum est, venerandi Pœnitentiæ
Ministri, quod vobis impensè ad-
modum commendat vox supremi
Ecclesiæ universæ Pastoris, vestrisque
speciatim hac in Urbe, ubi pietas,
doctrina, prudentia, zelusque exci-
piendis confessionibus præposito-
rum effulgere magis & omnibus or-
bis Christiani partibus exemplo esse
de-

PRÆFATIÖ.

debent. Sanctissimum Patrem moveat, quod vobis impendet periculum si vel uni vestri ministerij officio defueritis. Horrendam stragem Christi Gregi suæ pastorali curæ commisso imminentem expendit sanctuarij pondere, si illum non recta duxeritis. Attentè considerat proferendum hora mortis judicium in ministros infideles, qui tunc perditionis animarum invenientur rei : sive data ipsis iudicandi potestate abusi, illas absolverint, aut condemnaverint arbitrio magis suo, quam ex Regulis, ad quas exigendum est illorum ministerium : sive obliiti se spirituales esse medicos, illas remediorum defectu, quæ vel ignorârunt, vel neglexerunt admovere, miserum in modum perire passi fuerint. Denique sanctissimus Pontifex recolit saepius animo formidabilem sententiam sub lege nova longè severius, quam sub lege veteri adversus Sacerdotes innovatam, nempe sub priore testamento dens

PRÆFATI O.

pro dente, oculus pro oculo repetebatur; sub posteriore verò Confessarij anima pro sui pœnitentis anima pœnas dabit, si illa sacerdotis, cui se ipsam credidit, qualicunq; culpa perire contigerit.

Quamobrem Beatissimus Pater, ardens animarum zelo, vos etiam atque etiam hortatur, ut verbis ipsis attendentes, propheticum oraculum audiatis: *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea:* hunc ad finem vobis præcipit, uti nos ante hac mandato nostro declaravimus, ut quot annis per dies aliquot secedentes, vacetis exercitijs spiritualibus, exigatisque à vobis metipfis rationem creditæ vestræ fidei administrationis illius, qua JESU Christi pretiosus sanguis à vobis dispensatur. Novas vobis, quas in functionibus Ministerij vestri sectemini, leges proponit, Regulas à sancto Carolo Borromæo, magno illo Ecclesiæ lumine, bonorum

PRÆFATIO.

rumque Pastorum exemplari, conditas, & præscriptas : de quo, ut de magno quondam Basilio, dici potest; sic illum Ecclesiam Mediolanensem docendo, ut illum Cæsariensem audiendo, orbem universum illustrâsse.

Verùm hæ Regulæ novæ censendæ non sunt, cùm eas sanctus ille Archiepiscopus ex intimis antiquæ disciplinæ visceribus, ex fontibus doctrinæ sanioris, nec non ex ipsa sacramenti pœnitentiæ natura depræpserit, hauserit, arcessiverit; quod quidem, cùm in modum emendatorij judicij fuerit institutum, in hoc maximè incumbere debent ejus ministri, ut noxæ præteritæ puniantur ; & nova, quæ committi deinceps possent peccata, quo ad fieri potest, cùm auxilio gratiæ, à pœnitentibus caveantur.

Tam sanctorum Regularum, documentorum tam salutarium frequentem lectionem vobis impensè

PRÆFAT I O.

commendat sanctissimus Pater, hor-
tatürque vehementer, ut tam pretio-
sa collectio è vestris manibus non elabatur. Hanc velut AUREAM RE-
GULAM tenentes, ad cuius præscri-
pta depravatos populorum mores
haud difficile poteritis emendare. Hæc
nos significare jussit cœu Filijs ad obe-
dientiam propensissimis, & Ministris
in magno, divinóque opere directio-
nis animarum in viam salutis, suæ
Sanctitatis cooperatoribus : ne un-
quam de sacerdotibus legis Evangelicæ dici possit : *Sinite illos : caci sunt,*
& duses cœcorum ! sed unusquisque
vestrum salubrium consiliorum pru-
dentiam cum exemplari conjun-
gens, non novellas, & minimè fun-
datas opiniones amplectatur ; sed ve-
ram, solidamque doctrinam senten-
tijs, ac praxi sanctorum Patrum in-
nixam, quos Deus ad Christianæ ple-
bis institutionem cœlesti lumine per-
fudit, ut cum supremo judici, ani-
marumque Patri oportebit vos ad-
mi-

PRÆFATIO.

ministratiōis vestræ reddere ratio-
nem, dicere possitis cum fiducia :
*Cum essem cum eis, ego servabam eos in
nomine tuo, & nemo ex eis periret, nisi
Filius perditionis ; qui vias rectas,
quas ipsi sedulò demonstravimus,
quæ sine iniquitate sunt, sequi detre-
ctavit : Et quos dedisti mihi custodiri, &
non perdidii ex eis quemquam.*

Hucusque, ex ore Sanctissimi, Car-
dinalis Eminenissimus, qui quod de
BASILIO & CAROLO, id ipsum
& de Innocentio XII. jure meritissi-
mo diceret, quod per Ecclesiam Roma-
nam, ad quam immediate directa
fuit hæc Epistola Pastoralis, toti præ-
laxerit Orbi & universo instruxerit Sa-
cramenti pœnitentiae administratos,
qua REGULA deinceps uti in praxi
tutò possint & debeant. Quisquis
enim vel animarum pericula, vel effi-
cacissima quibus innititur rationum
momenta consideraverit, planissime
perspiciet, *calamum* quidem ad UR-
BIS, & Diœcesis Romanæ, *sed ani-*
mum

PRÆFATIO.

num ad Orbis universi confessores, directum fuisse : sicut Apostolos Canonistarum Epistolarum scriptores, quæ vel personis privatis vel Ecclesijs particularibus scripsere fidei monumenta, eadem ad fideles universos direxisse non licet ambigere. Et tam erit propriæ salutis prodigus Confessor, qui instructiones has, si velut novas Leges in execuzione Ministerij pœnitentialis sectandas amplecti nolit ; eas saltem, ut ex intimis visceribus, seu spiritu disciplinæ veteris Ecclesiæ, deque purioribus fontibus sanæ doctrinæ, seu potius ex natura ipsa Sacramentipœnitentiæ desumptas, tanquam REGULAM AUREAM, ex ipsius Apostolicæ Sedis oraculo commendatas revereri ultrò & sequi non eligat? Prudentissimus certè Ecclesiæ Gallianæ Conventus sanctissimi Pontificis sensum de his instructionibus jam olim prævenerat, dum annis 1655. 1656. 1657. Parisijs ad comitia Generalia congregatus eisdem

In-

PRÆFATIO.

Instrunctiones opposuit mollioritunc
praxi in Gallijs serpenti, deditque,
operam, ut suis sumptibus typis man-
datæ ad omnes Regni Præfules dire-
ctæ fuerint, ut omnes ex ijs discerent,
quaratione in sui Officij administratione
se genere debeant.

In litteris verò quas Comitia dede-
runt ad Episcopos, suum de hujus-
modi Instrucionibus judicium patrijs
verbis hic latinè redditis aperuerunt:
*Non dubitamus quin gratum sitis habi-
turi, quod vestris in manibus posueris
mus dogmata adeò sancta, adeoque ne-
cessaria hisce temporibus, quæ finis & fe-
sæculorum dici merentur. Cum verò au-
thoritate, vestris in Dioecesibus promul-
gabuntur, pollebunt virtute & gratia,
quibus opus est eis, ut medicis & agris
utiles evadant. Vos itaque obtestamur,
ut in hac occasione, quâ Deus vos instru-
xit, exeratis tum ad cohibenda illa cri-
minum diluvia, quibus divina ira, ne
Gallia parcat, laceffitur: tum ad restau-
randam in fidelium mentibus castissi-
mans*

PRÆFATI^O

mam Evangelij doctrinam , cui ab ali-
quo tempore tantalabes fuit illata. Ac-
quieverunt tam salubri Statuto sin-
gulæ Galliarum Provinciæ , hocque
Exemplum secuti sunt diversi Reli-
giosi Ordines , qui paribus decretis ,
omnibus suis Confessoribus has In-
structionns ut REGULAM AURE-
AM servandam constituerunt.

Fuit qui earum pondus elevari
credidit , quod à S. Carolo adhuc ju-
niore essent confectæ . Verùm juve-
nis senexve fuerit S. Carolus quan-
do eas conscripsit , quid interest ,
quando *Urbis & Orbis* iudicio eo spi-
ritu scriptas constat , qui nullo ætatis
discrimine ubi vult spirat ? A S. Ca-
rolo séiore mollius certè nihil exspe-
ctari potuit , si fides Authori , qui vi-
tam ejus conscripsit , quippe qui in
ultima Synodo Diœcesana deploravit ,
increpuitque segnitiem suam , & statum
*in quo Ecclesiam Mediolanensem reliqui-
rus effet. Qua cum diceret , retulit ve-*
teris templi Hierosolymitani exemplum ,

PRÆFATI O

enjus fabrica cùm instauraretur, Iuvenes quidem gaudio exiliebant, sed Seniores alij, qui viderant antiqua molis maiestatem, illacrymabantur. ad eum modum (ajebat in Synodo Clerum suum alloquens) etiam ipsos forte latari nonnulla imagine discipline, qua tot laboribus & curis effecta & constituta videretur, sed si primæ Ecclesiæ sanctimoniam, purisque animos, quibus etas illa numero coluiisset, oculis subjecissent, ex comparatione intellecturos, quam adhuc multa decessent fibi & una cum misero Clero Episcopum infelicem posse commoveri, ne temperaret à lacrimis. Rippamunt lib. 6. vita. Adeò nullam emolliendi disciplinam priùs traditam in ipso mentem fuisse compertum est, ut potiùs cùm ætate creverit zelus, severiorem perfectiorēmque disciplinam introducendi. Quid? quod in singulis pœnè suis Concillijs Provincialibus & Syndicis Diœcesanis 1584. eodem scilicet, quo obiit anno celebrato, Instructiones suas continuò commendârit,

&

PRÆFATIO.

& executioni mandari præceperit,
atque in ultima, quam eodem quo
cœlo insertus est anno celebravit,
nempè 1584. Punctum quod in ijs
potuisset latius quodammodo explicata
ri, solcite restrinxit, dicens: *quod in*
in nostris Sacramenti pænitentia Instruc-
tionum additionibus cautum est, id de
Parochista tantummodo intelligi declaramus
¶. Argumento plusquam certo,
quod de instructionum disciplina ni-
hil unquam remiserit, aut remissurus
fuisset sed eam constanter tenuerit
auxeritque.

Sunt quidem minutiora quædam,
& ferè cærimonialia in his Instruc-
tionibus, quæ nec ubique, nec semper
commodè possunt in usum reduci;
de quibus judicare non est instituti
nec propositi nostri, sed eorum, ad
quos ritus publicos constituere spe-
stat. Horum autem autoritate, do-
nec liceat instructiones istas elimare,
moribúsqne nostris adaptare, suffi-
ciat ex ijs liquido confiscere, Ecclesi-

PRÆFATIO.

am nimij rigoris ergò doctrinam, quæ
ex Lege Christi, & natura Sacra-
menti, satisfactionem semper præmitten-
dam esse Absolutioni, omnemque
mox absolvendi methodum elimina-
tam cupiebat, per Decretum ALE-
XANDI VIII. Propos. 16. 17. & 18.
Anno 1690. die 8. Decembris 2c
dam-
nasse, ut contrariam praxim indiffe-
renter mox absolvendi quoslibet,
minime probarit.

REGULAM ergò hanc ex Italico
traductam, ut jacet, nullo dempto vel
addito, qua utrumque possis extre-
mum cavere, oculo & animo sereno
lubens accipe, labore hoc nostro fru-
ere, si que utilis tibi fuerit, ampliorem
spera & vale.

R E

S 22 50

REGULA AUREA CONFESSARIORUM.

Id est
INSTRUCTIONES
SALUBERRIMÆ
S. CAROLI BORROMÆI.

S. I.

*Causa & ueritas harum In-
structionum.*

UT Confessores cum pœnitentiū utilitate, eorumque vitæ emendatione Pœnitentiæ Sacramentum administrent; & intanti momenti negotio, muneri satisfaciant ipsis demandato, cùm propriæ conscientiæ discrimen multi incurserint, quod in primis timendum est; cùm paucos adeò emendatos videamus, qui tamen ad hoc Sacramentum à tot annis accedunt; das

tas à nobis multis in occasionibus ea, de re instructiones, monita, & appendices utiles, & necessarias in unū collegimus.

Ideoque eos omnes in Christi Domini visceribus hortamur (quod vel ipsum officij sui, & Ministerij debitum postulat, cùm agatur de æterna animalium salute) ut omni diligentia nobiscum cooperentur, & qua poterunt facultate, in hujus populi regimine nos adjuvent, quem Dominus in viam salutis deducendum commisit.

§. II.

Confessarius fit approbatus.

Nullus Ergo sacerdos, aut regularis Sacerdos, pœnitentiæ Sacramentum ministrare præsumat, nisi approbatus ad id licentiam, & facultatem in scripto, ut Concilium Tridentinum jubet, à nobis obtinuerit; alias enim, excommunicationem ipso facto, & Concilij nostri Provincialis primi decreto, & si postea celebraverit, irregularitatem se incurrisse noverit.

Ac

Ac ijs irretiri vinculis multi ca-
veant, qui sub prætextu puerilis æta-
tis juvenes audiunt, cum facile
contingat, eorum multos, pueros
licet, peccato mortali inquinatos in-
veniri; vel qui sub prætextu necessi-
tatis alios audiant, vel leviorem in-
firmitatem vocantes necessitatem,
vel denique in gravi, & periculosa
etiam infirmitate constitutos, quan-
do proprius Pastor aut Confessor à
nobis approbatus potest accersiri.

Nec item aliquem audiunt, etiam
habito Pastoris aut Vicarij foranei no-
stri consensu, si hi non habuerint à
nobis specialem, hanc licentiam
concedendi facultatem. Porrò Sa-
cerdotes, qui quidem à nobis licen-
tiam Confessiones audiendi, sed non
nisi ad certum tempus, aut locum,
aut quasdam personas limitatam ob-
tinuerunt, caveant ne facultatis for-
mam, & limites excedant.

Superiores regulares Confessorum
suum, à nobis approbatum, in
haec civitate aut diocesi existentium,
nomina, cognomina & patriam no-
bis quam primum significant, & quia
sapè pro eorum nutu, & obedienti-
tiā, loco mutantur, hinc bis iman-
no predictum Catalogum prima Ad-
ventus, & prima Quadragesima heb-
domadā, tradent.

Confessores, qui in nostra sunt
diocesi, Parochis aut locorum Vi-
cariis fotaneis, approbationis pro
Confessionibus testificationem quo-
ties requirentur, exhibere non de-
trent.

In Ecclesiis etiam ubi plures sunt
Confessores, aderit ad Sacristiæ por-
tam nominum eorum Catalogus,
qui pro Confessorum mutatione mu-
tatus emendabitur.

§. III.

Sicut in absolvendo à
Confessorib[us] reseruntur.

Qui ex Confessoribus habent à
B nobis

nobis facultatem à censuris & casibus reservatis absolvendi, ea non utantur nisi raro admodum; ad cificationem, & non ad destructionem. Hinc cum visum iis fuerit utille pœnitenti, iis casibus irretitorem ad nos remittant.

Omnes Confessores, licet ut idonei à nobis admissi, ob varios tandem casus, qui difficiliores quotidianum occurrunt, præ manibus, quantum poterunt, habeant de conscientia casibus libros bonos, & à nobis approbatos, & cum iis resolvendis ipsi soli non sufficerint, ad doctiores, taliumque casuum magis peritos, recurant.

Quamobrem noverint commissum à nobis in Ecclesia Metropolitanae Pœnitentiarium majorem, qui tales casus & dubia, convocatis Theologis & Canonistis, discutiat & examinet, nobisque communicatis gravioribus, horum resolutionem, his qui petierint, referat; suas adhuc

viros

vires ipsimet perpendant , nec eos audire præsumant , quos casibus difficultioribus involutos suspicantur.

Censuras casusque reservatos, eosque imprimis quos Bulla in Cœna Domini continet , familiares habeant, & saepius Canones pænitentiales, nostrasque instructiones legant.

§. IV.

*Sit in statu gratia & bonorum
morum.*

Cum Sacramenti Minister peccet mortaliter, si in peccato mortali illud administraverit, hinc Confessores aliquem audire fugiant , si ipsi mortali peccato fuerint inquinati, aut aliquâ innodati censurâ Ecclesiasticâ

Verum Confessor, animarum salutis cupidus, & earum in virtutibus instituendarum zelo flagrans , ut remedia assignet, quibus illi à peccato liberentur, & salutis nostræ inimici fraudes detegant ; hominem denique veterem quomodo exuendum , & novum è contrâ induendū sciant,

in quo Christiana perfectio consistit,
non debet tantum sine peccato mor-
tali hoc Sacramentum ministrare;
sed cum ad supradictos effectus pro-
movendos multum juvet, illud si se
primum ostendere, quod in aliis pos-
cum desiderat; plus enim movet
exempla quam verba, nec alios va-
leat docere virtutem, quam non
ipse haberet; ad propriam perfectio-
nem maxime attendat, & ad eam
sibi conciliandam, se in virtutibus
necessariis exerceat.

Et quia, cum Regulares ad Con-
fessiones admittuntur, pro doctri-
na tantum examinantur, cum de
probitate eorum, & moribus noti-
cia haberi non possit; ideo Superioris
coram Deo tenentur, nullos
ad hoc Ministerium nobis propo-
nere, nisi de eorum pietate ita con-
stiterit, ut hujus Sacramenti futuri
habeantur digni ministri, quod nobis
in scripto sine quo non admittentur,
comprobabunt.

Eq; 209 audiit. V. i. si hibat quod cum
209 & sit patiens & sedulus. in iure
Confessiones a quo animo audiat.

Nec pænitentes inconfessos dirim-
mittant ex labore quem fugiant,
nec ægræ eos audire quoquammodo
significant, sed econtra efficiant ut
pænitentibus innoteat sibi gratissi-
mos esse pro eorum salute, labores.

Ne verò pænitentes se excusent,
quod confessi non fuerint temporis-
bus debitibus ex confessorum defectu;
ipsi confessores curent, etiam ad
funera, aut alia vocati officia, à
confessionario non abesse nisi ex ma-
xima necessitate, iis temporibus,
quibus frequenter esse solent con-
fessiones, & in primis per octo dies
& amplius ante Christi natalitia, per
quadragesimam ab ejus potissimum
medio, usque ad Paschatis octavam
integrali, per aliquos temporis
Jubilæi dies, aliosque quibus Con-
fessores populus solet convenire.

Superiores Regularium efficiant,

ut supradictis temporibus quos potuerint Confessores doctos & pios, à nobis approbatos, suis in Ecclesiis habeant.

Chomonopocp §. VI. Modus audiendi infirmos.

Regulares ad infirmos audiendos convocati, si ex temporis angustia aliud non potuerint, hujus infirmi Pastorem adeant, quæ spectant ad ejus statum sciscitaturi, ut diligenter illum examinent, ut potè in hoc vitæ termino constitutum, à quo salus, aut æterna damnatio pendet; quod si ante confessionem Pastorem convenire tempus non siverit, saltem post eam quamprimum Confessor adeat, ut ambo de infirmi necessitatibus, cōque spiritualiter adjuvando, statuant.

Qui Sacramentum poenitentiae infirmo ministravit, in schedula excusa cum audiisse testificetur; ne Medici, agricuram, ut Pij V. Bulla, nostrumq; Concilium primum jubent,

de-

deserant, aut sub prætextu negligentiæ Confessorum non subscribentium, à supradictâ Bullâ observantia se excusent.

S. VII.

Locus Audiendi

IN laicorum ædibus neminé Confessor audiat qualemcumque, nisi in infirmitate constitutum; quod si mulier fuerit, apertum cubiculi ostium maneat, ut ab iis qui propè fuerint in alio cubiculo, videantur.

Excepto hoc tantum casu mulieres, nunquam, etiam duntaxat reconciliandas, nisi in Ecclesia & confessionariis audiat, nec ante aut post Solis lucem.

Ibidemque in confessionariis distinctis homines audire consuecat.

Quare tot sint confessionaria, quae solent esse in eâ Ecclesia Confessores, ejusque sint siguræ, quam jussimus.

Collocentur confessionalia in loco patenti, & ita disposito, facto ad

hoc septo tabulato, ut dum aliquis
confitetur, alii ad confessionale vi-
cinores non accedant; alias ubi vi-
get hic abusus, Confessor faciat,
ut omnes stent à longè, & de eo
znoneat, priusquam Confessionale
ingrediatur, aut dum etiam confes-
siones audierit, si necessitas requirat.

P. bevp. iiiiij. 3. VIII, 15. in ita nū il-
-līd Intentione & oratione precedat illud

Confessor ita debet intentionem
in hoc ministrando Sacramento
dirigere, ut illud ex humano moti-
vo non exerceat, sed ad Dei tantum
gloriam animarumque salutem: quo-
re quoties ad confessiones audiend-
das vocatus fuerit, ad Deum mens
tem erigat, & sibi oboculos ipro-
ponat suo ministerio mundandos
esse pœnitentes, & in Christi Do-
mini pretiosissimo Sanguine lava-
dos. i. māp. 21. lugil 29. cnplo. 291

Et quia periculosisimum est hujus
Sacramenti ministerium, defectus
que plurimi undequaque imminent,
puta

puta in casuum decisione , aut in sa-
tisfactione assignandâ , aut absolu-
tione conferenda iis , qui quandoque
câ sunt indigni , aut animam inqui-
nando , ex aliorum immunditiis &
turpitudinibus , quæ audiuntur ; ideo
nonquam Sacerdos se ad hoc mini-
sterium exercendum accingat , quin
prius brevi oratione à Deo lumen
& gratiam , ne in aliquem incidat
defectum , pro tempore postulet ,
& ne ex aliorum animæ spurcitiâ ,
propriam contaminet .

Meminerint etiam pro eorum ,
quos in confessione audierit , sincera
conversione deprecari : hinc quivis
Confessor juxta se infrascriptos Psal-
mi 50 versiculos habeat cum orati-
one , quâ antiquitus utebatur Ec-
clesia , quorum exemplar alterum im
Sacristia , aliud verò in confessionali
habebitur , ut priusquam aliquem
audiat has aut similes pro devotione
orationes recitet .

§. IX.

Forma orandi.

V. Cor mundum crea in me Deus.

R. Et spiritum sanctum innova in visceribus meis.

V. Ne projicias me à facie tua.

R. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

V. Redde mihi lætitiam salutaris tui.

R. Et spiritu principaliter confirma me.

R. Docebo iniquos vias tuas.

R. Et Impij ad te convertentur.

V. Libera me de sanguinibus Deus,
Deus salutis meæ.

R. Et exultabit lingua mea iustitiam
tuam.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, propitius
est o mibi peccatori, ut dignè pos-
sim tibi gratias agere; qui me indig-
num propter tuam magnam misericor-
diam Ministrum fecisti officij Sacerdo-
talis, & me exiguum humilemque,
Medi-

Mediatorēm constituisti adorandum &
intercedendum ad Dominum nostrum
IESUM Christum Filium tuum pro pec-
catoribus, & ad pénitentiam rever-
tentibus. Ideoque Dominator Domi-
nus, qui omnes homines vis salvos fieri,
& ad agnitionem veritatis venire,
qui non vis mortem peccatorum, sed
ut convertantur & vivant; Suscipe ora-
tionem meam, quam fundo pro famu-
lis & famulabus tuis, qui ad péni-
tentiam venerunt; ut des illis spiri-
tum compunctionis; resipiscant a di-
aboli laqueis quibus adstircti tenentur,
ut ad te per dignam satisfactionem re-
vertantur. per eundem Dominum no-
strum IESUM Christum, &c.

§. X.

*Habitus confessoris. Confessionem
diu differentes hebdomadā sancta
dimitrat.*

Sacerdotes sacerdotes etiam infir-
morum Confessiones in eorum
ædibus supparo & stolâ induiti ex-
cipient.

Sed sine nostra speciali licentia in urbe , aut nostrorum Vicariorum foraneorum extra urbem , à Dominica Palmarum usque ad Paschatis diem inclusivè neminé admittant , nisi quos paulò ante , aut saltem à Quinquagesima confessos audierint , nisi infirmitatis casus occurerit ; cæteri autem omnes post diem Paschatis , per octavam , ut Parochis mandavimus , audiendi dimittantur .

§. XI.

Confessarius regulariter sit idem ,
Saliquis sine causâ Confessorem ordinariū , ipsi ad animæ salutem admodum utilem cognitum , reliquerint ; quo poterit modo ad cunctem remittantur ; & in eorum negligentiam confessor insestabitur , qui pro Confessore virum spiritualem & peritum non solent eligere , aut qui damno suo frequenter adeò mutantur sicut Medici , qui naturam , & infirmorum temperamentū ex praxi non runt , remediorum ad infirmitatem

curandam magis utilium peritiores,
facile non mutantur ; sic etiam , nec
pœnitentes suos debent dimittere
spirituales Medicos , qui eorum ani-
mæ necessitatū periti , opportuniora
magisque utilia remedia possunt eis
assignare.

Si tamen aliquā ex causā admittat
aliquem , alteri probo Confessori
confiteri solitum , cum hujus partici-
patione id fieri juvat , vel pœnitens
ut ab eo licentiam prius obtinuerit ,
efficiat.

§. XII.

Qui non audiendi.

Confessores regulares qui potissi-
mūm extra urbem degunt , cum
locorum parochis , ubi aut habent
Monasteria , aut concionantur , aut
quacunque ex causā ibi Confessio-
nes audiunt , ita conveniant ; ut pœ-
nitentes non absolvant , qui viventes
cum scandalo in peccato perseverant
aut pœnitentijs publicis ipso facto
subijciuntur , aut ad Legatorum pio-

rum similiūmque rerum restitutio-
nem tenentur, qui propterea à Pa-
rochis non absolverentur, nisi prùs
his obligationibus satisfecissent;
ideò Regularium Superiores Confes-
sores suos sæpius moneant, & ad hanc
animorum unionem infidelium ædi-
ficationem adhortentur: curenque
in primis, ut dum in casuum resolu-
tione diversa inter eos & Parochos
sententia fuerit, prudenter in eo se-
gerant, ut ad Laicorum notitiam id
non veniat, sed ad nos pro decisione
recurrant.

Monemus ne ad confessiones ad-
mittant, quos sine debitâ interiori
aut exteriori præparatione acceden-
tes viderint; eos ideò verbis quidem
lenioribus pro cuiusque capacitate
præparandos dimittant, postea re-
dituros, cum semelius habuerint.

Nullus Confessor mulieres exci-
piat, quæ ad eum accedunt cum pi-
gmentis, & ex auro Phygrio vestibus,
aliisque vano simili apparatus: sed quæ
non-

monnisi habitu modesto & simplici induantur; & velato capite, ita ut velum non sit subtilius, sed pannum sit ex lino aut lanâ, aut sericum colore obscuro tintatum; cum eâ denique, quæ ad tantum Sacramentum, & ad cognitionem seu contritionem, cum quâ ad Dei tremendi tribunal, & iudicium, misericordiam ejus & veniam imploratura peccatrix sisti debet, reverenter requiritur.

Idem cum hominibus observetur nec ad confessionem iijadmittantur, qui varijs ornamentijs, auro, & argento, aut pilorum ornatibus exculti, aut cum armis, aut hujusmodi rebus ad sacramentum audent accedere.

§. XIII.

Qui dimittendi.

Sed in primis attendant ad animi præparationem, ad hoc Sacramentum accendentibus necessariam, quæ in peccatorum discussione consistit, in dolore de peccatis, & pro ijs fa-

satisfaciendi & imposterum emendandi proposito.

Qui ergo sine tali præparatione inventi fuerint, eos Confessor lenioribus verbis dimittat, monens ut alia vice cum præparatione debita revertantur.

Argumenta autem unde cognosci possit num præparati pœnitentes accedant, sunt: si ab aliquo temporali exercitio ad Confessionem transfeant, non interposito debito pro oratione temporis spatio: aut si de peccatis commissis non recordari dignoscantur: aut si Confessor aliunde noverit eos adhuc in illicitis exercitijs, aut in peccato, aut in occasione ad illud inducente, quam vitare non sincerè polliceantur, versari; aut si, cùm potuerint, bona aliena non restituerint.

§. XIV.

Qui iuvandi.

I Deò Sacerdos, cùm pœnitentes ex sua parte diligentiam quidem adhibuisse, ut huic se Sacramento

præ-

præpararent, cognoverit; sed sive ex incapacitate, sive aliâ ex causâ, maiorem adhuc requiri dispositionem existimet, debet ipse supplere, & ad contritionem eos excitare, sive ex gravitate hculpæ contra Deum admissione, sive ex æternæ damnationis imminentis periculo: hisque modis ita urgeat, ut saltem de omnibus & singulis atrociti videantur & eis securè absolutionem possit impertiri. Præterea eosdem penitentes pro singulorū captu & necessitate edocebit, & eos infra primis qui raro confitentur, dispositionem & pro confessione methodum, quantique momenti sit ut confessio integra & alias circumstantiaz requizitæ inveniantur, incutendo.

in quo usq[ue] ad §. XV. offl. tunc q[ui] p[ro]p[ri]o
obs. eod[em] Pueri advocandi.

O Primæ consuetudinis erit, puerulos & puellulas, etiam si sex tantum annorum accersere, ut paulatim à primâ ætate edoceantur, & ad hujus Sacramenti usum & cognitionem supli-

-assuefiant; observent tamen Sacer-
dotes sacramentalem eis Absolutio-
nem non largiri, in quibus materia
non solet reperiri, nec talis rationis
usus unde eos ad hoc Sacramentum
excipiendum capaces judicet: qui
verò ad septem aut octo annos per-
venerint, pro modulo de necessitate
& virtute Sacramenti, illudque fré-
quentandi modo instruantur.

§. XVI.

Et ad communionem Paschalensem
disponendi.

Ex ijs autem pueris aut puellis de-
cem aut duodecim annorum, si
quos Confessor **capaces** noverit, ut
ad sacram Communionem admit-
tantur; caveat ne suā, aut parentum
negligentiā isto amplius thesauro pri-
ventur; sed quamprimum eos edo-
ceat quæ ab illud Sacramentum di-
gnè excipiendum requiruntur, & in-
numeras quas producit utilitates,
quantaque humilitate, pietate, &
reverentia ad illud accedendum sit

ijſque

43

Conffessorum. ¶ Cœli
ijsque ter aut quater in confessione
audit, sacram Communionem mi-
nistrabit, datâ postea testificatione
Parocho exhibendâ ut ad Commu-
nionem Paschalem admittantur; aut
potius ad eum, confessos tantum re-
mittat, datâ testificatione de eorum
capacitate & doctrinâ.

§. XVII.

Præviè interrogandus pœnitens.

Confessionis initio, priusquâ pœ-
nitens confiteatur, debet Sacer-
dos, maxime si sint rustici, aut qui
rarò accedunt, aliquas præmittere
interrogationes, ut rectius in eo se-
gerat.

Primò, si dubitet pœnitentem ex-
ijs esse, quos audiendi licentiam non
habet ab eo id petat; alias cum ad al-
lium Confessorem, qui hanc facul-
tatem habeat, remittat.

Deinde si pœnitentem equidem
non bene noverit, de statu,
conditione, & arte quam exerceat,
eum interrogat.

Imò

Imò & de tempore à quo confessus fuerit, monens cum quantæ sit utilitatis hujus sacramenti frequentatio: in abundanter ordine iustificabitur, non simpositæ penitentiae satis fecerit, mutata est ratio. **N**um fidei articulus, Dei, & Ecclesiæ præcepta teneat, quæ si nescierit, juxta ea quæ infra dicentur, se gerat.

Num in examinanda conscientiâ diligentiam debitam adhibuerit, eamque qualis & quam est exigi in negotio tanti momenti.

§. XVIII.

Et examinandus si necessaria fuerit. **P**ro ea occasione pro necessitate in conscientiæ examine Poenitentiæ opitulabitur, dicens, qua ratione peccata cum circumstantijs in memoriam possint revocari, animo scilicet vitam percurrente, aut per ætates: pueritiam, juventutem & cetera.

Vel

Vel per statutus, varios, puta quomodo se gesserit ante matrimonium, aut post ipsum, ut sit.

Vel per varios prosperitatis aut adversitatis, sanæ vel insirmæ valitudinis; casus, per temporum diversitates, per officia quæ administravit; societas, quas frequentavit; loca, regiones, domos in quibus conversatus est, in his denique alijsque rebus num corde aut lingua, aut opere peccaverit, examinet.

¶ **XIX.** Qualis esse debet Confessio.

De conditionibus etiam ad confessionis integritatem requisitos moneat; quas, quanto brevius faciliusque poterit, explicabit, ad hæc que quatuor, aut quinque capita reducat sexdecim illa, quæ versibus istis solent recenseri:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis, & discreta, Atque frequens, nuda, libens, verecunda,

In

*Integra, secreta, & lachrymabilis,
accelerata, & fortis, & accusans, & suscipere
parata.*

§. q. XX.

Remittendus habens reservata.

Ab eo querat: num se aliquo casu
reservato aut excommunicatione
innodatum noverit, aut quovis alio
impedimento, unde neganda sit illi
Absolutio: quod tum, aut in con-
fessionis cursu si rescierit, non ultra
procedet, sed poenitentem monebit,
de eo absolvendi se non habere li-
centiam; & si in urbe fuerit, Nos aut
Poenitentiarium majorem, alium ve-
necessaria ad hoc facultate donatum,
ipso adeundum: quod si confessor
aliqua ratione non judicaverit, ut
poenitens ipse Nos conveniat, facul-
tatem pro se postulet.

Si vero poenitens sit extra urbem,
ipseque Confessor ad eum absolven-
dum a Vicario nostro foraneo, aut
alio a nobis commisso subdelegari va-
leat,

leat, hanc facultatem sibi dari procuret, aut ad eos Pœnitentem remittat; nisi facultatem pro talibus casibus nondum eis concesserimus, aut talis casus in eorum licentia excipiat: cum autem si pœnitens Mediolanum venire potuerit, ad id cum hortetur: quod si non potuerit, petitâ ab eo facultate, de eo casu ad Nos, aut Pœnitentiarium scribat, ut hanc potestatem ei concedamus. Caveatur que ut summa cautelâ & prudentiâ id agatur, ne casus alijs innoverescat: quod si tanti momenti casus fuerit, ut ex missâ Epistola notabilem damnum pœnitenti accesserit, ipse pœnitens, si Confessor id non valcat, Mediolanum veniat.

In his casibus remittat pœnitentes ad ipsum Pœnitentiarum majorem potius quam ad alios, quia ipse specialiter à nobis, cuin alios subdelegandi facultate, ubi necessum fuerit, dūputatur: quod quando ipse non potuerit, monuimus ut à nobis aut alijs

-lijs opportuniora remedias adhibet
-procuret. cuncte, sive ab eis posse
-Quando autem ploenitens excom-
municatione ligatus invenietur, mo-
neat quam gravissit excommunicationis
peccata, & quam periculose sit
in ea immotari; quantumque diligen-
tia allatis iea de re exemplis, ea fu-
gienda sit. so letatrici, de eo cetero

Sdi XIX I.

Spacerdos Poenitentem interroget,
Si num aliquem hæreticum sciat,
aut hæresis habe suspicium, aut cu-
jusvis rei ex nostris aut Inquisitoris
edictis denunciandæ, ut in hoc casu
ad satisfaciendum eū inducat & si ex
culpa positum pro denuntiationi-
bus terminum post habitam de hære-
tico aut suspecto notitiam, præter-
miserit, licentiam obtineat pro eo
absolvendo, quod in tempore non
denunciaverit.

S. XXII.

§. XXII.

*Et ad Confessionem generalem
pro re nata.*

DEbet interrogare de actis antea Confessionibus, in quantum ei necessarium fuerit, ut resciat, num in aliquem casum inciderit, ex quo cum nullae haec fuerint, reiterandas sint: puta num confessus fuerit Sacerdoti absolvendi potestatem non habenti: aut qui legitimam in absolutione formam non adhibuerit; aut quae sunt ad hoc Sacramentum ministrandum necessaria, penitus ignoraverit; aut si poenitens ipse scienter & ex animo peccatum omiserit, aut confessionem ita diviserit, ut Confessori peccatorum partem, & alteri partem aliam deposuerit; aut sine ullo peccatorum dolore & emendandi proposito accesserit, aut pro excutiendis inveniendisque peccatis debitam diligentiam non adhibuerit.

Et quia negligentia in confessionibus solet multa committi, ab ijs po-

tissimum qui nullum vel levem de
Deo timorem habent, aut curam de
anima; ita ut potius ex usu, quam ex
peccatorum horrore, & emendan-
di desiderio confiteantur; & pro uti-
litate maxima quæ ex Confessioni-
bus generalibus semper oritur, ma-
xime conversionis meliorisque fru-
gis initio, debent confessores loco &
tempore juxta personarum qualita-
tem, ad Confessionem generalem
Pœnitentes exhortari, ut ejus ope,
vitæ suæ actionibus sibi ita proposi-
tis, ardentius ad Deum convertan-
tur & pro omnibus peccatis & defe-
ctibus quos noverint, satisfaciant.

§. XXIII.

Instruendus post confessionem

Finitis his interrogationibus, ad
Confessionem quasi præambulis,
Pœnitentem Confessor admoneat,
ut de peccatis quorum ipse memine-
rit, Confiteatur.

Quo factō, si, quod vulgo semper
accidit, pœnitentem invenerit suā o-

pe indigere, ut interrogatus multorum recordetur, quæ omiserat, aut confusius enuntiarat, moneat ideo, ut peccatorum mortalium numerum exprimat, quorum si præcisè non meminerit circūcirca, ut verius judicavetit, numerum statuere faciat.

Cū ordine interrogando procedat, & à Præceptis Dominicis incipiat, ad quæ licet omnia possint revocari, ij tamen qui rarius ad Confessionem accedunt, super septem peccatis capitalibus, quinque sensuum usibus, Ecclesiæ præceptis, & misericordiæ operibus sunt examinandi.

Confessor prudens esse debet, non interrogando, nisi de peccatis pœnitentium statui communibus.

Quod spectat ad carnis peccata, summam adhibeat cautelam in eorum interrogatione, ut cum peccati speciem & circumstantias graviores audierit, à cæteris abstineat.

§. XXIV.

Quæ circumstantiae explicandæ.

I Deò Confessor circumstantias peccati speciem mutantes, aut notabiliter aggravantes, apprime sciat; nam hæc duo circumstantiarū genera debent necessariò explicari, de quibus Summæ uberiùs tractant, & quas breyiter hic Versus continet.

*Quis, quid, ubi, quibus auxilijs,
cur, quomodo, quando.*

Summā prudentiā mulieres aut adolescentes ea de re interroget, ne eos quod ignorant, doceat; iisque utatur verbis pudorem minimè laudentibus; caveat ne ex gestu aut signo, de non Ordinario aut graviori peccato pœnitentem confessum fuisse aliquis suspicetur; nec verbis eum ita deterreat, ut in causa sit cur aliud peccatum gravissimum prætermittat: Imò eum ad graviora, quæcumque sint, detegenda inducat.

§. XXV.

§. XXV.

Vota quomodo commutanda.

COnfessor, cui pœnitentiæ vota
commutandi facultas concessa
fuerit, curet ut in alia pietatis opera,
Deo magis aut **ex æquo** accepta
commutentur, habitōque ad expen-
sas, labore, aliaque incommoda,
quibus ex priori voto tenebatur, re-
spectu.

§. XXVI.

Non absolvit ab irregularitate.

SI idem ex Jubilæi aut litterarum
Apostolicarum Privilegio, à pec-
catis quantumvis gravibus, & cen-
suris Ecclesiasticis absolvendi licen-
tiam habuerit, sciat, se non posse ab
irregularitate innodatos dispensare,
nisi in ijs Litteris de ea mentio ha-
beatur.

§. XXVII.

Quibus non danda Absolutio.

UT Confessores informentur
concedendam non ijs esse Ab-
solutionem, qui eā sunt indigni, quod

ex imprudentia , negligentia , aliave
de causà sæpè contingit ; ex quo
sit plurimos in ijsdem peccatis , stu-
penda animarum suarum ruinâ , diu
immorari ; ideo ex plurium Theolo-
gorum simul congregatorum habito
consilio infrànotatur , quid à Confes-
soribus debeat observari , in confe-
renda aut neganda Absolutione .

Quicunque rationis usum attige-
rit , sub reatu peccati mortalis om-
nes Symboli Apostolici , quo Eccle-
sia utitur , Articulos scire tenetur ;
saltem quo ad substantiam . Item
Dei , & Ecclesiæ præcepta , quæ sub
peccato mortali observanda sunt ,
quæque solent in Scholis doctrinæ
Christianæ comparari : ubi ergo pœ-
nitens hæc ignoraverit , si quampri-
mum ad ea discenda non acquie-
verit , absolvitur non debet : imò si ad
ea discenda se dispositum significave-
rit , interrogandum , num alias de ea
negligentia à Confessore , sive ipse sit ,
sive alius , aut Pastor , monitus fuerit ,

si quidem pro modulo diligentiam ad hoc non adhibuerit , tamdiu illi Absolutio differatur , donec huic officio pœnitens satisfecerit : quod si nondum monitus fuerit , absolvatur quidem , sed de supradictis ut poterit , instruatur .

Patres aut Matres familiæ , qui suos filios aut domesticos (de quo interrogabuntur) supradicta scire neglexerint ; aut ab ijsdem Dei & Ecclesiæ præcepta observari non curant ; aut quod pejus est , ut observentur impediunt , puta cum famuli aut famulæ ita occupantur , ut pro suis necessitatibus laborare festis diebus ipsis necessarium sit ; aut tempus non concedunt , quo illi juxta Ecclesiæ præceptum Missæ possint interesse : aut qui , an sint in sua familia , qui legitimo impedimento tenenatur , ignorantes , cœnare eos sinunt Quadragesimæ aut aliorum Jejunij dierum tempore , aut prandere ante horam in his diebus institutam ; aut eos objurgare

negligunt, cùm præcepta Dei transgrediuntur; aut denique quando famuli cum scandalo, & sine emendatione vivunt, nec è domo eos eliminant.

Si in his casibus pro officio non satisfaciant, nec de hactenus habitâ circa familiæ suæ curam in supradictis negligentia emendentur, non absolvantur.

Quod si id se aëtuos polliceantur, nondum scilicet à confessore de his moniti, poterunt absolvi; sed si sacerdos moniti, nullatenus emendati fuerint proroganda eis erit Absolution, donec emendationis argumenta sincera dederint.

Eodem modo se gerat cum ijs Confessor, qui contra Concilij nostris tertij, aliorumque mandatorum ordinationem, diebus festis aut videntur, aut à rebus agendis à nobis in edictis prohibitis non abstinent.

Nec eos etiam absolvat, qui in vestium

stium splendore, aut exteriori orna-
tu mortaliter peccant.

§. XXVIII.

Quis vestium ornatus sit mortalis.

ET quia hodie sæculi pompa & va-
nitates ad summum creverunt,
potissimum ex culpa Confessorum,
eorumqne negligentiâ, qui sine di-
scretione, nec pœnitentes de eo in-
crepantes, eos absolvunt, casus ex-
ponemus, in quibus solet ex pompis
& ornatibus peccari, ut Confessores
juxta datas à nobis instructiones, in
absolvendo se gerant.

Quando itaque ornamenta illa
pœnitentes adhibent cum peccati
mortalis intentione, peccant morta-
liter.

Item cùm ob similia ornamenta
transgrediuntur, aut occasionem
præbent alijs, aliqua Dei vel Ecelesiæ
præcepta transgrediendi, ut si die
festo laborent, aut laborare jubeant,
aut Missam omittant, aut sese ornan-
do omitti ab alijs tacent, aut si in

causa sint, cursponsus , aut alij , ad quos spectat ut necessaria præbeantur , plus expendant quām ferant facultates ; unde noscant aut probabiliter suspicentur , oritura domi dissidia , aut maritum , aliosque blasphemiam edituros , aut ut fiant contristus illiciti ; debitæ omittantur Eleemosinæ , aut Legatis pijs alijsque debitibus , quibus tenentur , non satisfiat , aut operarij debitâ mercede fraudentur , aut illa differatur : debita nova , quibus solvendis non sufficiunt , contrahantur , unde proximo damnum notabile accedat , filiæ tempore convenienti non collocentur , quod eas in casus infaustos sæpè induxit ; & unde nascuntur , aut nasci possunt similia peccata , quæ ut plurimū ex pompis , & his excessibus oriuntur ; in ijs omnibus casibus ornatuum usus peccatum est mortale .

Et quia impossibile est , ut qui plus expendit , quām facultates ferunt , non prævideat , aut possit , de-

debeatve prævidere quæ inde sequuntur peccata de ; his generaliter dici potest, omnes his vanitatibus detitos esse in peccato mortali , nisi factio à Confessore diligentiori examine, de contrario aliquâ ex causa constiterit.

Peccat adhuc mulier mortaliter in ornandi se modo , etiam si hoc facultates ferant ; puta si ornatus is sit , qui ex se aut juxta hominum opinionem ad lasciviam inducat, aut taliter probabiliter potest suspicari quod ex hujus ornatus , suæ conditionis personis, in soliti occasione , aliquis ad eam in honeste amandam alliciatur , aut in peccato hæreat , & tamen aut nihil , aut parùm curat de proximi salute , quam ex hoc ornatu ruituram videt , & eo uti perseverat : aut quando ornatus ille eo fine adhibetur , ut amoris in honesti argumenta inde patiant , hoc ex insoliti coloris alteriusve modi vestibus significatur.

§. XXIX.

Qui præterea non absolvendi.

Nec his solum debet Absolutio negari, in quibus sincerum peccatum mortale dimittendi propositum non observatur; sed his etiam, qui licet illud reliquendi desiderio teneri testentur, fatentur tamen, ut ab eo se possint abstinere, vires non sentire, & in primis cum hi nolunt proposita sequi remedia, sine quibus Confessor eos in peccata relapsuros censeat.

Proroganda adhuc Absolutio, donec hi emendentur, qui licet se peccatum dimissuros polliceantur, ab illo tamen non separandos Confessor suspicetur, ut sunt iij, & præfertim juvenes otiosi, qui solent majori temporis parte aleis, crapulis, amorous, peccatis carnalibus, blasphemis, in honestis conversationibus, dissensionibus, otio, & detractionibus vacare, aut qui Quadragesimæ diebustantū ultimis peccata depositi accedunt, aut qui à multis annis

in ijsdem peccatis perseveraverunt,
nec ut emendarentur, laborârunt.

Nec ij possunt absolvî, qui sincera
resolutione peccata mortalia, & eo-
rum occasiones fugiendi non statue-
runt.

Et quia plurimum refert, ut Con-
fessores clariûs hæc intelligent, pau-
lò sunt fusiûs explicanda.

§. XXX.

De Occasionibns peccandi.

PECCATI mortalis occasions vo-
cantur, quidquid ad peccatum
inducit, aut ex sua natura, aut ex par-
te pœnitentis fragilis, qui in ea occa-
sione positus ita peccare confuevit,
ut probabile sit ex eo pessimo habitu,
in eadem peccata lapsurum, si in illa
occasione amplius perseveret.

Occasiones porrò illæ quæ ex na-
tura sua ad peccatum inducunt, sunt,
si qui ales & ejusmodi lusibus indul-
gent; qui domum in hunc finem præ-
paratam aperiunt; aut qui domi re-

tinent, suo nomine, aut quovis alio modo mulierem, cum qua peccatur; aut qui colloquijs minus honestis, aspectibus, amorisque impudici significationibus vacant,

Poenitentē ergo, in aliqua ex his occasionibus versantem, aut similibus, si urgens sit illa occasio, ut qui concubinam. v. g. aleret, non debet sine dubio Confessor absolvere, nisi hanc occasionem antea sustulerit: pro alijs vero occasionibus, quales sunt aleæ vacatio, aspectus minus pudici, colloquia, gestus, &c. non absolvatur, nisi eas dimittere poenitens polliceatur: quod si jam alias id pollicitus sit, nec emendatus fuerit, absolutio tamdiu differatur, donec emendationem agnoverit.

Et quia potest contingere, ut poenitens, cum his omnibus modis à Confessore propositis, occasionem non possit dimittere sine periculo aut scandalo, debet hæc adhibere remedia:

Primo differatur Absolutio, donec emendationis signa dederit: quod si inde infamiae periculum pœnitenti acciderit, & confessor talia contritionis signa in eo perspexerit, debitamque ad excipienda remedia, emendationi suæ necessaria, dispositio nem observaverit, debent proponi alia magis opportuna, ut v. g. Solus talem mulierem nunquam alloquatur, ut orationes aliquas agat, corpus asperius habeat, & imprimis pro frequenti confessione Confessorem adeat, alijsque ejusmodi polliceatur uti præservativis, tunc poterit absolvī.

Qdod si tamen hac iam habitâ, aut à se, aut ab alio Confessore diligentia non emendatus pœnitens fuerit, non absolvatur, donec occasio illa sublata fuerit, vel agendum aliter nobis videatur. De quo in eo casu, celato personæ nomine, aliquid significabitur.

Peccatorum mortalium occasio nes, quæ tales habentur nonnisi ex per-

personæ infirmitate, sunt eæ res, quæ licet in se licitæ sint, prudenter tamen judicatur, pœnitentem earum usu, in eadem peccata relapsurum, fin ijs ut anteà, amplius immoretur.

Sic multis solet esse sæculis frequenter, militia, commercium Magistratū, Advocatorum aut Procuratorum professio, aliaque ejusmodi exercitia, in quibus homo, qui sæpius mortaliter peccare consuevit, vel ex blasphemiam, furto, injustitiâ, caluniâ odio, fraude, perjurijs, vel alijs; ex quibus novit, quod si in his exercitijs versetur amplius, illi erunt totidem peccandi occasiones; non est sanè cur existiment, pœnitentem illum peccati occasionibus efficacius obstatum quāmanteà, unde illum in eadem peccata relapsurum prudenter judicari potest.

Ideò tales (ut ait S. Augustinus) aut debent ab hoc exercitio ipsis periculoso omnino abstinere, aut saltem huic non vacare, nisi cum licentia & directione Sacerdotis probi &

prudentis, qui non debet in eo statu pœnitentem absolvere, si in eadema peccata quamdiu in eadem occasione perseveraverit, rursus iterum caderet dubitet: ideò debet per aliquod temporis spatium de emendatione certior fieri.

Et in hoc eo magis invigilet, quòd Confessorum in ea re incuria in causa sit, cur in omnibus artibus & exercitijs vigeant abusus, & peccata, sine quibus videtur à multis hodie non posse etiam professiones justissimas exerceri.

Sic v. g. in Magistratum & officiorum exercitio, multa sub juramento multi pollicentur, quæ se non observatuos nōrunt.

Plurima præbentur consilia, lites defenduntur, clientum improbitati, & injustitiae contra conscientiam subsequuntur.

In militia ex duello, odijs, homicidijs, aleationibus, blasphemijis, rapinis, impudicidijs, peccari solet.

In

In commercio habentur usuræ, fraudes, adulterantur merces, improbæ probonis venduntur aut pluris quam valeant, aut perjurium, aut saltem facilior juratio, gabellorum defrudatio, aliaque peccata committuntur.

Plurimi artifices festis diesstus ut alijs laborant; ita ut vix cultui divino unquam vacent, & Dei verba audiunt, familiam suam omnem eodem modo occupant.

Sicque occurret sæpè multos in ijs exercitijs in peccato mortali vixisse, qui proinde Absolutionis capaces non debent estimari, nisi media adhibeantur, quibus occasiones dimittant, aut contra peccatum evadant fortiores.

Imò Confessor quandoqué inventeorum aliquos de ijs peccatis legitimè nunquam fuisse confessos: quod si ita fuerit, debet eis suadere præter emendationis signa quæ dederint, aut exercitij perniciosi pri-

privationem , ut generalem habeant confessionem , valentioraque pro sua salute adhibeant remedia.

Confessor ergo in ijs exercitijs & operibus , quæ nullam necessitatem & utilitatem invehunt , maximè observeset , quod licet ad primam occasionem per se ad peccatum mortale inducivarum speciem , quæ propterea dimitti à quocunque debent , illa non referantur , tamen ad malum inclinant , & ad varia peccata sæpius hominem provocant ; ut saltationum publicarum , blasphemorum , aliorumque improborum hominum , cauponarum frequentatio , vita nimium otiosa , aliaque hujusmodi , quorum occasione si homo peccare consueverit , nequaquam deber absolvi , nisi primum eam omnino dimiserit , & pollicitus fuerit ab ea se occasione seperaturum .

Quod si confessori visum fuerit ex prima , aut secunda Pœnitentis pollicitatione , & non amplius , ipsum

occasione m hanc dimissurum, ponem terit eum absolvere, Absolutionem autē differat, si promissis non steterit, donec amandatam omnino suissie hanc occasionem agnoverit.

Qui etiā contrahunt contra conciliorum nostrorum statuta, & pactum omnino illicitū pepigerunt, nisi rescindatur, & debita satisfactio primū agatur, non absolvantur.

Quod si, an contractus illi sint illiciti dubitetur, adeant nostrum pœnitentiarium majorem, qui à nobis horum resolutionem habebit, priusquam Absolutio conferatur: si tamen in eo casu pœnitens sub cautione pollicitus fuerit, se decisioni obsecuturum, poterit absolvī, & ad Communionem admitti.

Nec etiam ex Jubilei privilegio absolvantur ij, qui quod sciunt de rebus per publicum Edictum, vel Papale, aut Archi-Episcopale Monitorium denunciandi, non revelarunt, nisi quam-

quam primum eas denuntient, & omnibus quibus tenentur pro danno, quod ex hoc silentio natum esset, satisfecerint.

§. XXXI.

Ante restitutionem non absolvendas.

Ante factam restitutionem nemo absolvatur; nisi impotentia, aut gravis & periculosa infirmitas obliterit.

Cui tamen ut quamprimum potuerit satisfaciat, præcipietur.

Adhibitis à Confessore his diligentijs, si ratio non occurrat ob quam negare, aut differre absolutionem tenetur, faciat ut pœnitens confessio nem finiat, delictorum omnium detestatione tam quæ enuntiavit, quam aliorum quæ verbo, cogitatione, opere, & omissione commisit, quorum non recordatur.

§. XXXII.

Methodus Confessoris.

Quo facto, si pœnitens raro con fitea-

fiteatur, peccatorum gravitatem, eorumque imprimis in quæ solet cadere exhibebit, & remedia ijs convenientiora suppeditabit in quem finem Confessor saepius legat libellum, qui dicitur. *Methodus Confessorum, ac Directorium Confessorum.*

Deinde si opus fuerit, efficiet ut rerum, aut famæ, aut honoris, in quo proximum læsit, restitutio fiat, & indictâ salubri poenitentiâ ut infra dicitur, eum absolvet.

s. XXXIII.

A Censuris, & reservatis quomodo absolvendus.

Quod si poenitens aliquâ censurâ innodetur, à qualicentiam habeat cum absolvendi, debet ea Absolutio peccatorum Absolutionem præcedere, hac adhibitâ cautelâ, in *Quantum possum, & tu indiges.*

Si poenitens casu aliquo reservato teneatur, non eum Sacerdos absolvat, nisi facultate donatus fuerit; alias excommunicationis poenam in-

curreret, de qua Synodus nostra loquitur. Regulares etiam cum suo privilegio, dicto *Mare magnum*, aut alij, nisi ex speciali nostra licentia, ab ijs possunt casibus absolvere, ut Gregorius XIII. ex Cardinalium Concilij Tridentini interpretum sententia declaravit.

Minus adhuc à casibus in Bulla Cœnæ Domini, alijsqve Se li Apostolicæ reservatis, absolvant.

§. XXXIV.

Forma Absolutionis.

ET ut omnes eâdem absolvendi formulâ in nostra diœcesi utantur, sequente in observent: insistendo potissimum verbis in quibus forma Absolutionis continetur, quæ sunt: *Ego te absolvo; sic ergo incipit: Misereatur tui, omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam, Amen.*

Indulgentiam, Absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

De-

Dominus noster J E S U S Christus u
absolvat, & ego auctoritate ipsius absolu
vate ab omni vineulo excommunicatio
nis, suspensionis, & interdicti, si quod
incurristi quantum possum, & indiges:
Deinde: Ego te absolvō à peccatis tuis in
nomine Patris, & Filij, & Spiritus
Sancti. Amen.

Passio Domini nostri JESU Christi,
merita beatae Mariae semper Virginis,
& omnium Sanctorum, & quidquid
boni feceris, & mali sustinueris, fint tibi
in remissionem peccatorum, augmen
tum gratiae, & premium vita eterna,
Amen.

§. XXXV.

Quæ satisfactio imponenda.

Pro imponenda pœnitentia pru
dens esse debet Confessor; nec
ita levem adhibeat, ut clavum po
testas indè contemnatur, & ipse pec
catorum alienorum evadat parti
ceps; nec ita etiam gravem aut diu
turnam, ut pœnitentes ei obsequi
re-

recusent, aut acceptam ex integro non exequantur.

Ideo Sacerdos Canones pœnitentiales consulat, quibus licet cum prudentia, discretione, & modo pro pœnitentis conditione, qualitate statu, alijsque circumstantijs uti debeat, observandi tamen sunt ita, ut juxta eos quasi traditam sibi Regulam Sacerdos se gerat, prout expedire ei visum fuerit; & quando pœnitentiam Canonum rigori omnino conformem non imponet, eam tamen pœnitenti significabit, ut ad contritionem eum moveat, & leviorem injunctam pœnitentiā ipse ardentius exequatur; motus scilicet ex hodiernae Ecclesiæ benignitate, qua antiquioris disciplinæ rigor mitigatur. -

Faciat, ut imposita pœnitentia peccatis respodeat: ita pro peccatis luxuriae injungantur Jejunia, Vigiliae, Peregri nationes, Cilicij usus, aliaque hujusmodi corpori macerando propria.

Pro avaritiæ peccato præter debitas restitutions Eleëmosynæ pro cuiusque facultatibus imponantur.

Sanandæ superbiæ, alijsqñē peccatis spiritualibus, oratio adhibetur, quâ coram Deo vires & vigor acquiruntur, quibus his peccatis oblistatur.

Pro negligentia rerum Christianarum quas ignorant, Conciones audiunt, & per aliquod tempus doctrinæ scholas frequentent.

In devotis & tepidis juvabit imponere, ut Ecclesias, divinaque officia oraturi sæpiùs adeant.

Blasphemis imprimis pœnitentia pro criminis gravitate major imponatur, ut sacri Canones, & potissimum Concilium Lateranense & SS. PP. ante nos statuere.

Debet igitur Saerdos prudens ad personarum qualitatem, respicere, pauperibus Eleëmosynas non imponendo, nec ijs qui ex proprio labore victum querunt Jejunia indicantur, quod

quod & in alijs pœnitentijs observandum.

Sed nequaquam publicos , aut scandalosos peccatores Sacerdos absolvat , nisi publicâ satisfactione , & peccato proportionatâ impositâ , ut cùdato scandalo satisfiat , sicut post Concilium Tridentinum in primo , & tertio Concilio nostro statuimus : nec eas satisfactions seu pœnitentias publicas in secretas commutare quis præsumat , nisi specialem à nobis ea de re facultatem obtinuerit.

§. XXXVI.

Omnis avaritiæ species fugienda.

Porrò ut Sacerdos liberiùs circa pœnitentem debito fungatur officio , & authoritate in ejus utilitatem semper gaudet , ab omni avariitiæ specie alienus videri debet .

Hinc non modò petat , sed nec velle se habere significet , pecuniam aliamve rem pro suscepti in Confessione laboris munere , in modo verbis vel

potius factis ab his omnibus abhorre
re demonstrat.

Cum pro pœnitentia Missas injun-
xerit, sibi aut Ecclesiæ suæ aut Mo-
nasterio dicendas non addicat.

Quod idem servabitur in restitu-
tionibus incertis, aut votorum com-
mutatione, alijsque hujusmodi.

Nec ipse pecunia aliusve rei re-
stituendæ provinciam assumat, nisi
necessitas ad id eum adegerit, ne sci-
licet Pœnitens dignoscatur: tumq;
apocham recipiat, ab eo cui restitu-
tionem contulerit, quam postea Pœ-
nitenti tradet: ita denique se gerat, ut
nec minimam avaritiæ labis suspicio-
nem contrahat,

§. XXXVII.

Cantè audiendum & loquendum.

Confessor imprimis caveat ne
verbis aut quibuscumque signis
Pœnitentem connotet aut pecca-
tum, aliudque ut noxæ particeps co-
gnoscatur; nec denique quidquam
lo-

loquatur, unde, vel minimum peccatum ex confessione innotescat.

Quare juvat, ut cum alijs de auditis in confessione nunquam loquatur.

Quod si loqui cum poenitente necessum sit petitâ ab ipso licentiâ, tum eadem secreti religione ac in confessione se teneri noverit.

§. XXXVIII.

Forma Attestationis.

CUm poenitens à Sacerdote quod ei confessus fuerit, attestacionem Parocho exhibendam, ut in Paschate fieri solet, petierit, eam sub infrascriptâ formula tradet: ideò cuilibet Confessori plurimas excusas trademus, quas cum alicui concesserit, singulas suo Sigillo munit.

Talis est, 1575 Die ----- Mensis ----- confidentem audivi ----- in Parochia ---- habitantem.

In primo spatio dies, in secundo mensis, in tertio poenitentis nomen & cognomen, in quarto ejus Paro-

chia inscribetur , quibus Sacerdos nomen & cognomen , titulum beneficij , aut Officij quo vulgo distinguitur , ut Rectoris , Canonici , Capellani Ecclesiæ N. aut Regularis Monasterij N. apponet : quæ omnia ipsa Confessoris manu scribentur , aut saltem dies , Mensis , & subscriptio .

Juvat , adhuc , ut quilibet Confessor scribat in codice eorum nomina , quibus has attestaciones contulit , quem servabit , donec nobis aut Vicarijs foraneis post Paschatis octavam tradat : ut sciamus factam non fuisse fraudem .

§. XXXIX.

Monita pro Confessoribus , in Ordine ad pænitentes suos ritè dirigendos .

UT etiam Confessores noscant melius , quis modus adhibendus sit in animabus , quas in cōfessione excepterunt , adjuvandis , ut in statuta vitæ ratione perseverent , & in gratia progressum facianr , infra scripta monita notavimus .

Te-

Tenantur Confessores, ut potè Patres spirituales speciali curâ in via salutis eos instituere, quorum confessiones audierunt; sed eorum imprimis, qui ipsos elegerunt tam pro confessionibus, quam ut in dubijs ad salutem suam spectantibus, consulturi eos adeant.

Sic ergo filios suos spirituales in suo proposito confirmare current, ut fortunas omnes & dignitates, immo & vitam ipsam malint amittere, quam Deum mortali peccato laedere; & ardenti sinceroque desiderio teneantur, ejus se voluntati semper conformandi.

Quare de fine ob quem creatus est homo & mundus universus, eos monebit: nimirum ad serviendum Deo, eique in hac vita obedendum, ut in futura in æternum eō fruantur: ideoque eos debere paratos esse omnia aut impendere, aut relinquere, in quantum huic tantum pro-

posito aut conducunt , aut sunt im-
pedimento , seque , & suas actiones
omniaque quibus in hoc mundo
gaudent , in hunc finem velle dirige-
re.

Ita ut tam in vietū , vestitu , collo-
quijs , negotiationibus , quam in alijs
exercitijs , eo modo se gerant , quo
ad hunc finem consequendum o-
mnia collimare videantur ; sintque
dispositi , ea omnia agere aut omit-
tere , quæ aut saluti suæ contraria ,
aut utilia Pater spiritualis censuerit ;
qui quidem spectatā uniuscujusque
conditione , juxta hunc statum
ad prædictum finem studebit Pœ-
nitentem dirigere.

Modum , quoque orandi pro cu-
jusque captu edocebit : omnibus
mandando , ut quavis die bis saltem
orationem habeant , matutinis scili-
cet horis , quando è lecto exierunt ,
& serotinis quando lectum petunt .

Deinde ut quotidie Missæ , & die-
bus Festis divinis quæ fiunt officijs
ins

intersint, Sacerdos hortabitur; eos autem imprimis, qui id valuerint, ut sunt qui ætate iam sunt proiecti, orationis mentalis methodum edocebit: alios verò quomodo Rosarium, aut Corona, vel B. M. Officium, vel septem Psalmi pœnitentiales, aliaquæ hujusmodi recitari debeant; omnibus generaliter injungendo, ut conscientiæ suæ examen habeant, quod ut fiat, serotinis horis universa familia ad orandum conveniat, ubi ex campanæ signo ad hoc omnes monebuntur.

Ad frequentiores etiam Confessiones & Communiones eos hortentur, ita ut pro S. Augustini consilio, omni Dominica ad Communionem accedant: quod si quis agere ex negligentia renuerit; cuin eo sic Sacerdos agat, ut eum ad communicandum inducat Festis saltem anni præcipuis, Paschate scilicet, Pentecoste, B. M. Assumptione, omnium Sanctorum die, Christi Natalibus, & Domi-

nica in capite quadragesimæ, quâ plerqua plenariam Indulgentiam consequuntur, & in ea sese ad Jejunium disponunt, deinde dies frequentiores assignando efficiet, ut quovis mense, & denique qualibet hebdomadâ ad Co[m]unionem accedit.

Speciali curâ agat Confessor, ut Festorum dies in Dei honorem habeantur.

Ideò pro viribus suadebit, ut ali ei societati Pœnitentes adscriban tur: cuius speciale institutum est, ut Festi dies in pijs operibus & oratione impendantur: ut fit in societate *Vita Christianæ*. Si sint PP. aut MM. familiias, id imprimis current, ut domus universa in Dei honorem regatur, Filijque ad doctrinam Christianam mittantur, & eos, ut Concionibus, Vesperis, Lectionibus sacris intersint, secum deducant; & denique ut confiteantur, sæpiusque communicent, ipsis sint exemplo.

Quod

Quod si sint conjugati, consortem ad Sacramentorum frequentiam hortentur, hujus S. Pauli vocis memores quod *vir infidelis sanctificatus est per mulierem fidem*, & *mulier infidelis sanctificata est per virum fidem*.

Qui nōrunt legere, ijs, ut Libros spirituales & devotos, si possint emant, jubebit, quos aut legent, aut legi sibi, & familiæ diebus saltem festis curabunt: hi porrò Libri erunt *Vitæ Sanctorum PP. Gerson de imitatione Christi, opera & exercitia spiritualia Ludovici Granata Rosarium Gasparis Loartis, Praxis orationis mentalis per P. F. Mathiam Capuc. &c.* Divitibus sæpè inculcent eos divitarum, quas habent, dispensatores tantùm à Deo esse constitutos; quod si ex ijs debeant quidem suæ conditionis gradum tueri, debet tamen id moderatè & Christianâ mente fieri; ita ut non plus, quam facultates ferant, sed minus potius expendant: quod

& ipsi Ethnicj, & noverunt, & do-
cuerunt.

Illos denique ad eleemosynas ex
præcepto teneri, in quo ne peccent,
ex alicujus p̄ij & prudentis viri sen-
tentiâ le gerant.

Sacerdos tandem curet, ut juxta
filij spiritualis conditionem monita
tradat, quæque ipsi necessaria, ut in
via Domini ij omnes crescant, & per-
severent, prudens judicabit.

Appendix specialis pro Parochis.

Parochis nostris, simul & alijs Ci-
vitatis & Dicecessis hujus Con-
fessoribus datis in commune moni-
tis, circa ea quæ vobis pro Sacra-
menti pœnitentiæ administratione,
utiliora hactenus, magisque necessa-
ria visa sunt; nonnulla alia ad ean-
dem materiam pertinentia pro solis
Parochis addenda existimavimus, ut
ea sæpius legendo, sive quæ genera-
liter, sive quæ in hac Appendice di-
ximus, exercendo, munus suum ex-
tius adimpleant,

Re-

Rector ergo Pastoralis Ecclesiæ alicujus nostri Dioceſanī, qui non ē sua sit Parochia, Confessionem audire non præſumat; & ideò si ē ſuis eſſe pœnitentem non cognoverit, ab eo id primum quærat, nec eum audiat, ſi Parochianus ſuus non ſit.

Urbis tamen Parochus, aut etiam quivis alijs, dioceſanos & advenas, qui qualibet ex cauſa in Parochia ſua tum ſteterint, excepto Paschatis tempore, poterit conſitentes excipere.

Imò & in iplo Paschatis tempore poterit alienæ Dioceſis Pœnitentes in ejus tum Parochia existentes audire, etiamsi in ea non morentur, modo ē ſua Parochia datâ operâ egressi, illuc non venerint.

Sed in Civitate Mediol. Paschali tempore, Parochus Ecclesiæ noſtræ Metrop. ſolus in ea Sacra menta ministrabit advenis, qui itineris aut alterius rei cauſâ Mediolani tum ſteterint, fixum ibi non habentes domicilium.

Paschatis tempore Parochus sibi
socium poterit adsciscere aut plures
pro libitu ad audiendas Confessiones:
modò sint Parochi aut à nobis in scri-
pto ad hoc officium approbati, & hæc
approbatio aut ad certum locum,
aut ad tempus janı finitum non limi-
tetur.

In casibus necessitatis, in quibus
ad proprium Pastorem in Dœcesi,
aut ad Vicarium foraneum non pos-
sunt recurrere, aut ad Generalem in
urbe non habent quem mittant, runc
quivis Parochus hujus etiam non Pa-
rochiani confessionem potest exci-
pere.

Poterit cum licentia aut ex Vica-
rij vel Generalis, vel Foranei, intra
fines mandato, confessiones populi,
Parochiâ vacante, aut ex Pastoris
absentia, aut de quovis alio impedi-
mento legitimo id postulante, con-
fessiones audire.

Eorum etiam, qui à proprio Pa-
store aut à Vicario foraneo remit-
tunt

funtur, confessiones excipiat, modò
licentiam ad id in scripto exhibeant.

Sacerdos, sive Vicarius sit aut alius,
facultatem à nobis absolvendi à re-
servatis habens, poterit sine alia li-
centia quoslibet, qui ejus officio &
authoritate opus habent, excipere:
observet tamen eam non nisi urgen-
te necessitate in sua tantum Ecclesia
exercere, non verò in alia Parochia,
nisi cum Rectorum beneplacito; ut
hæc omnia ad ædificationem, & ad
plebis erga Pastores obedientiam,
non verò ad disciplinæ dissolutionē
adhibeantur,

Debet Parochus facile licentias
alibi confitendi concedere; modò
eos, ut ejus fugiant judicium, & pœ-
nitentiam aut repulsam declinent,
quam nōrunt demereri, has petere
non suspicetur; sic etiam suâ sponte
eandem licentiam debet ijs è sua
Parochia offerre, cum quibus li-
tem habuerit, & molestiam aut sece-

rit aut acceperit, & potissimum si hæc
controversia ex alia occasione, quam
quod Parochus suum, aut patris spi-
ritualis officium gesserit exorta sit.

Vicarius foraneus in Diœcesi in
hisce oinnes Parochos suppleat, ab
ijs obtinendo, vel dando similes li-
centias, ijs quibus expedire visum
fuerit.

Hinc tam Vicarius quam Paro-
chos monentur, ne ita generalem li-
centiam concedant, ut pro libitu ad
quem voluerit, Pœnitenti ire licitum
sit; sed ad aliquos in particulari pro-
bos & peritos, aut ad aliud quem
pœnitens libentiū ex nominatis ele-
gerit, destinabit.

Parochus autem observabit eum
candorem in pœnitentiaz administra-
tione adhibere, ut in eo Ministerio
de sua re cogitare nequidem eum su-
spicentur.

Ideò si aliquis ex sua Parochia ei
quidquam, etiam liquido, sicut pro
decimis, primitijs, alijsque similibus
de-

debeat, pro quibus tamen noluerit satisfacere, ex quo proinde non pos- sit tutò absolvi, eum ad alium Con- fessorē, cuius conscientiæ erit tunc ut debet agere, dimittat potius, quā ipse Parochus Absolutionem ei deneget.

Difficile est admodum ut quis be- ne, si raro peccata deponat; cùm ad extremos hebdomadæ sanctæ dies quibus Pastores solitò plus aut offi- cijs divinis, aut Sacramentorum a- liarumque rerum spiritualium fun- ctione impediuntur, confessio differ- tur: nec enim in ea rerum multitu- dine Pœnitentium conscientiæ di- scussioni, alijsque necessitatibus pro debito vacare possunt.

Ideò quantum poterit curet Paro- chus, ut omnes ante Palmarum Do- minicam peccata deposuerint, & ad hanc hebdomadam sanctè celebran- dam, quā Sacerdotes, nonnisi eo- rum reconciliationibus debent disti- neri, disponantur.

Quare

Quare Parochus singulis & omnibus, per se, aut per alios in Septuagesima, & ex occasione Communio-
nis quæ Dominica *in capite quadra-
gesimæ* fit, quâ lucratur Indulgentias
plenarias & sequentibus Dominicis
significet, ut dicto tempore Domini-
cæ Palmarum deposuisse peccata o-
mnes inveniantur: quod ut facilius
fiat, Parochiam poterit per re-
giones aut familias distribuere, uni-
cuique assignando tempus quo pos-
sint audiri, & à pueris incipiendo,
mulieres, deinde viri omnes de-
mum ad pœnitentiam accessisse re-
periantur.

Ad quod ut excitentur, laudabilis
est in hac Dioceſi uſus & conſuetu-
do, quâ qui nondum communica-
verunt, tamdiu à carne, ovis & la-
eticinijs, etiam post Quadragesimam
ſolent abſtinere, quamdiu Commu-
nionem non exceperint: quam con-
ſuetudinem imposterūm obſervari
curet Parochus, & pro viribus & in-

dustria, ut huic madato omnes obedient, promovebit quibuslibet alijs modis; inter quos eum quoque probamus, quo nonnulli utuntur, qui olivæ ramos ijs non præbent die Palmarum , qui nondum ad confessio- nem venerint.

Saltem Parochus non audiat confessiones hâc hebdomadâ nisi pro modo à nobis in instructionibus communibus exhibito : Vicariüsque foraneus licentiam non ad hoc concedat, nisi ex causa speciali, & quibusdam tantum, eamque pro Lunæ, Martis, & Mercurij diebus; efficiendoque ut Pœnitentia pro tali negligencia augeatur.

Ut verò Parochus sciat, an omnes è sua Parochia Paschatis tempore peccata deposuerint, omnium nomina in Catalogo Alphabetico habeat, præter eam descriptionem ampliorum regionum aut familiarum, de quibus fusiùs egimus in alijs Instructionibus , ad animarum sta-

tus notionem pertinentibus. Cùm autem pro confessione accesserint, punto aut lineâ nomen pœnitentis notet; aut habeat codicem, in quo pœnitentis nomen & cognomen, & cuius regionis sit, describet, postquam ejus peccata audierit.

Qui autem ad alios Confessores jerint ad Communionem Paschalem non admittentur, nisi exhibito à Confessore approbato, subscripto testimonio, cùm formâ quæ infra referatur: debetque tribus ante Communionem diebus hoc exhiberi, ut Parochus intra hoc tempus possit de testimonio certior fieri, cùm de eo, aut de confessore dubitaverit: quod facile poterit assequi, inspectâ Confessorum approbatorum tabulâ, quæ nunc apud Syndicos in civitate, aut apud Vicarios foraneos reperitur; præter eorundem registrum universale, quod apud Cancellarium nostrum aut mæorem Pœnitentiarium asservabitur.

Hujus testimonij forma talis erit.

1575. die ---- mensis ---- poenitentiae Sacramentū ministravi N---- commoranti in Parochia ---- & in primo hujus attestationis spatio Confessoris nomen , in secundo mensis , in tertio Pœnitentis nomen & cognomen , in quarto Parochiæ unde fuerit describetur.

In hujus fine Confessor nomen , & cognomen apponet , cum beneficij aut officij Ecclesiastici titulo , sub quo cognoscitur , puta si sit Rector , Vice-Rector , Canonicus , aut Capellanus Ecclesiae N. aut si sit Regularis , Monasterium unde sit , nominabitur : præter ea quæ scribentur in supradictis spatijs omnia manu ipsâ Confessoris , aut saltem mensis & dies , cum subscriptione scripta sunt.

Parochus hoc mandatum promulget duobus aut tribus quadraginta Festis : nomina eorum omnium significet , quos ipse audierit , nec ad Communionem admittat , nisi eos qui testimonium attulerint tribus

ante Communionem debus ab alijs, quibus in confessione auditи fuerint.

Hinc elapsа Paschatis octavа, poenitentium quos audierit, aut quos alij à quibus testimonium afferent in forma praedicta, audierint, nomina conferet cum libro, in quo animarum status recensetur; item Parochus si in hac urbe secundа hebdomadа, in Diocesi tertиа post dictam octavam nobis, Epistolis suis manu sua subscriptis, significabit nomina & cognomina eorum, qui decem annorum etate proiectiores ad confessionem hoc tempore non accesserint; notatа causа si extra confessionem acceperit, ob quam nondum confessi fuerint.

Idem ordo in his etiam locis observetur, ubi plures sunt Parochi.

Parochus autem praeter communес Instructiones, quos tam ipsis quam alijs Confessoribus tradimus, ut in ijs habeant unde populum res ad poenitentiæ Scrammentum spe-

Etan-

stantes edoceant , debet adhuc pro suo officio aliquoties de ijs sermones habere , maximè in adventu , & à Dominica Septuagesimæ usque ad Quadragesimæ medium ; verùm ne pueri qui custodiendis pecoribus foris detinentur , eâ doctrinâ priventur , eos Parochus Natalis Domini Festis , alijsque Hyemis tempore coget , horis maximè serotinis , quibus se domum recipiunt , & etiam eos , aut quemlibet in particulari , aut plures simul , prout melius videbitur , edocebit.

At cùm inter Pastoris officia , imprimis spectanda sit infirorum cura , ministranda sunt Sacra menta ad mortis præparationem necessaria , quorum præcipuum est poenitentia ; etiam præter Pij V. sanctæ memoriæ Pontificis Bullam ad Medicos spectantem , & præter ea , quæ Decreta nostra eâ de re continent , debet Parochus quantum poterit novisse , ubi quandoque æger aliquis de-

decubuerit; immo & ad altare monuisse
juvabit , quod ubi quis infirmatus
fuerit, ipsi Parocho subito Parentes
aut vicini significant; nec ea tamen
sufficit diligentia , cum experti mul-
toties fuerimus , multos negligen-
tissimos fuisse, ut Parochum eo tem-
pore quo adhuc poterant confiteri ,
advocarent : hinc Parochus saepè
quærat, si sint infirmi in Parochia ,
deinde instituat , si possit duos aut
quatuor infirmarios, juxta Parochiæ
necessitatem, qui sint aut sanctissi-
mi Sacramenti , aut doctrinæ Chri-
stianæ , aut cuiusvis Congregationis
Confratres , quorum officium sit,
infirmos in suis regionibus dete-
gere & eorum animæ & corporis
necessitatibus sublevandis ut poter-
unt incumbere, in morbis potissi-
mum periculosis : ante omnia au-
tem curent, statim atque iis de in-
fimo innotuerit , moneant Paro-
chum , qui subito eum conveniet ,
& ad confessionem , & ad alia ad-

ani-

animæ suæ salutem spectantia adhortabitur.

Aliæ Instructiones pro ijs, qui Sacramento Pœnitentia in hac Civitate & Diæcœsi Mediolanensi ministrando operam dabunt.

Confessor in pœnitentiæ Sacramento non ex humana, aut temporali consideratione; sed ex salute animarū Christi Sangine emptarum, & zelo moveatur.

Confessorū tribunalia lignea sint, ex Concilio nostro Provinciali; quæ verò pro mulieribus destinantur, in loco Ecclesiæ aperto collectur, nec nisi lucete die illæ audiatur.

Sine necessitate neminem domi audiant in suis ædibus; cùm autem ad infirmarū confessiones audiendas vocati fuerint, apertum maneat cubiculum.

Concubinarii, Blasphemi, aliisque ex consuetudine peccatores non admittantur, quidquid dicant, & licet se emendaturos policeantur;

nisi aliquibus ante mensibus emanationis signa Confessori nota, juxu ordinem ab ipso præscriptum derint.

Nec ipsi etiam usurarii, nisi recessis contractibus fœneratoriis male accepta restituerint.

Nemo ex Clero, nisi ad hoc specialiter deputatus, confessiones excepturus sedeat.

Qui sine causa Confessores mutant, arguendi sunt; nec ad confessionem facile hic admittatur, qui ab aliis Confessoribus passus repellam fuerit; ne quod alias aedificaverit, aut aedificare nitebatur, destruatur.

Si casuum conscientiæ praxim & scientiam Confessor non calleat, quam in sacris Canonibus & Summis asseditus fuerit, non ad omnes quouscunque audiendos se expónat; sed vires ex scientia sua quales sint, expendat.

Cùm aliquem pro confessione ad-

mi-

miserit, advertat, num contritus
accesserit, & an cum proposito non
modò peccata, sed & peccatorum
occasions vitandi imposterum,

Cum omni diligentia peccata,
corūque occasions, & vitia curet
eradicare, qualia sunt inimicitiae, liti-
gia, Causidicorū aut Procuratorum
fraudes, mulierum pigmenta, & va-
nitatum ornatus; diebus Festis la-
borare, aut vendere, vel ad vi-
etum non necessaria, aut chartulas
lusorias, vel vestes ludicas, aut
larvas elocare; saltatoriam & gla-
diatoriam artem edocere.

Peritus sit in examinanda Pœni-
tentis conscientia, cum debitiss circumstantiis.

A satisfactione facienda eos non
absolvat, qui ad hanc pro debito
tenantur, aut restitutione; si ex po-
strema confessione, etiam alteri
Confessori facta, eosdem non satis-
fecisse noverit.

Nec eos quoque absolvat, qui legatis piis solvendis tenentur, nisi dicto supra modo: quod si causas impotentiæ suæ aliaſve excusationes protulerint, ad Reverendissimum Archi-Episcopum, qui hanc sibi cognitionem reservat, remittantur.

Nec eos item absolvet, qui de rebus inventis, aut furto raptis nihil revelarint, ea licet ex edicto publico, aut monitorio Papali vel Archi-Episcopali rescierint, nisi quamprimum ea notifcent.

Quæ quidem notificatio circa hæreticos, aut quoquomodo hæresis suspectos diligenter obserabitur.

Non eos similiter absolvet, qui falso testimonio alicujus honori aut fortunis in judicio præjudicaverint, donec ex æquo damna restituerint.

Sæpius legat, juxtaq; le tribunali affixam habeat Bullam in Cœnæ Domini, aliosque casus Sedi Apostolicæ aut nobis reservatos, qui

verò

verò his casibus irretiti fuerint, ad eum mittantur, qui ab iis absolvendi potestatem habet, priusquam eos audiat, vel ab aliis peccatis absolvat.

Canonum pœnitentialium, quos ob oculos etiam habebit, peritus sit, pœnitentique dicat, ut ipsi videbitur, quæ pœnitentia pro tantis peccatis juxta hos Canones imponenda ei conveniret, ut eo majori studio ab iis abstineat, quo benigniorem in mitiganda Canonum pœnitentia Ecclesiam expertus furerit.

Si quis casus occurrat, qui pœnitentiæ publicæ subjaceat, quales sunt ij, qui publicè, & cum multorum notitia ita committuntur, ut plurimum inde scandali apud alios ortum fuisse suspicetur, Reverendissimum Archi-Episcopum adeat, ut pœnitentia publica in aliam, si ei vitum fuerit, commutetur, sicut monet Concilium Tridentinum.

Omninò pecuniam, aliàmve rem pro confessione ne petat, aut habere se velle significet.

Cùm autem Eleëmosynæ , vel Missæ, aliaqæ hujusmodi erunt pœnitentia imponenda, nec sibi nec Monasterio , aut Ecclesiæ res eas applicet , aut comittat applicandas.

Idem observet in solutionibus aut restitutionibus, quæ pro rebus incertis agendæ erunt , aut pro votorum commutatione, aut quacunque de causa.


Ad primam Communionem neminem admittat, quem ter aut quartu paulò antè in confessione non audierit , & de fructu & utilitate hujus Sacramenti , quantâque reverentia & integritate conscientia ad illud accedendum sit , monuerit.

Eadem prorsus eos edoceat , qui raro communicant, illis utilitatem quâ gaudeant,maximâ , si hoc Sacramentum & pœnitentiam frequentarint , declarando.

Non

Non dimitat Poenitentes, nisi
cum assignatis contra peccata re-
mediis, aut pio aliquo exercitio, ex
quo in vita Christiana magis
proficiant

F I N I S.



De-



*Decretum de Reformatione Sacrosancti
Concilii Tridentini Seff. 22, cap. I.*

Nihil est, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cùm enim à rebus saeculi in altiorem sublati locum, conspiciantur; in eos, tanquam speculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant; levia etiam delicta, quæ in iis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis, afferant venerationem. Cùm igitur,

quo majore in Ecclesia Dei & utilitate & ornamento hæc sunt, ita etiā diligentius sint observanda: statuit, Synodus, ut quæ alias à summis, Pontificibus, & à sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comedationibus, choreis, alcis, lusibus, ac quibuscumque crimibus, nec non sacerdotibus negotiis fugiendis copiosè ac salubriter, sancta fuerunt, eadem in posterum iisdem poenit, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat, &c., Hoc sanctissimum sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decretum, vitæ sanctimonia, doctrinæ splendore, animarum zelo, divinæ gloriæ studio Eminentissimus, Gregorius Card. Barbadicus, Episc. Patavinus, sequentibus Regulis complexus est, quas Ecclesiasticis suæ Diæcessis prescripsit. * E s Regulae

* In Libro Lettere Pastorali. pag. 115.



Regulæ vivendi.

1. Quotidie surgant post septem,
aut summum octo horarum somnū.

2. Assvescant, mox ubi evigilā-
rint, primū cogitatū Deo consecrare,
dicendo verbi caulā: *JESU & MA-
RIA, vobis dono cor meum, & animam
meam.*

3. Statim, ac se vestierint, geni-
būs nixi, quinque actus Matutini Ex-
ercitii infra positos persolvant; &
unā aut saltem mediā horā orationi
mentali vacent.

4. Facta oratione, Primam, Ter-
tiam, Sextam, & Nonam dicant,
non properanter, non ut præcisè
præcepto satisfaciant, sed cum re-
verentia & devotione.

5. Missam celebrent; aut si non-
dum sint Sacerdotes, audiant, non
ex consuetudine, sed omni, qua par-
est, ac fieri potest, reverentia &
devotione.

6. Post Missam, aut aliā horā
matutinā, legant flexis genibūs, &
detecto capite unum caput Novi

Testamenti vulgaræ Latinæ editionis (hinc singuli istud penes se habeant) & ad finem lectionis statuant , se vitam conformem acturos esse veritati , quam Christus D. N. docet eo capite.

7. Ordinent , quantum fieri possunt , horas suarum occupationum , & aliarum diei actionum ; etiam horam refectionis , & somni : peculiariter vero determinent quædam tempora , quibus studio Theologiae Moralis , Sacrae scripturæ , & aliarum rerum ad Clericos pertinentiū , omni die se se inpendant .

8. Recitent Vespertas , & Completorium tempore suo , v. g. hora secunda à meridie .

9. Post vesperas , aut alia determinatâ horâ , faciant lectionem spiritualem saltē quadrante horæ .

10. Semper recitent pridie Matutinum & Laudes circa vesperum pro die sequenti .

11. Antequam decumbant attentè faciant Generale conscientiæ Examen , & solitas preces : dein



Iegant puncta orationis mentalis
sequent manè faciendæ.

12. Deligant bonum Directorem animæ, eidemque confiteantur semel, aut bis in hebdomada, etiamsi nullius gravis peccati sibi conscientiæ sint.

13. Modestum vestitum semper deferant, & vestem talarem, fugientes colores & ornatus sæculares: capillus, barba, & clerica sint iuxta decentiam & modestiam Ecclesiasticam.

14. In conversatione attendat, ne quidquam loquantur, aut agant, quod non sit ad ædificationem; memores, Ecclesiasticos debere esse exemplar laicorum.

15. Magnâ diligentia fugiant conversationem, imò etiam asperatum mulierum; multò minus permittant illas ingredi in sua cubicula.

16. Fugiant lusus, maximè chartarum, & alearum.

17. Omni tempore vitent societas-

tates Sacerdotum ea , quæ mundi sunt, seellantum, & parùm exemplarium ; contrà ambiant conversations Ecclesiasticorum verè spiritualium.

81. Sæpiùs interdiu mentem ad Deum levent, præsertim ad sonum horologij, brevibus, sed ferventibus precibus jaculatoriis, v. g. *Malo mori, Domine, quam amplius offendere. Ab Domine quando ero totus tuus!*

19. Singulis annis faciant Exercitia spiritualia, si iis in locis degunt, ubi est commoditas.

20. Relegant primo die cujusque mensis has vivendi Regulas, renovantque propositum easdem proximis servandi.

Breve Memoriale eorum, quæ Vir Ecclesiasticus facere debet singulis diebus.

1. Officium suum adimpleat ; & servet distributionem horarum, quam ipse sibi præscripserit.

2. Faciat orationem mentalem,
& lectionem spiritualem.

3. Missam celebret, & Officium
Divinum reciter, aliasque suas de-
votiones.

4. Studiis se se impendat.

5. Solita Examina conscientiae
faciat, scilicet Particulare bis in die,
nimirum paulò ante prandium, &
paulò ante coenam, super extir-
pando aliquo vitio, aut defectu par-
ticulari, aut super acquirenda aliqua
virtute: Generale super omnibus
actionibus diei.

Singulis hebdomadis

1. Saltem una vice confiteatur.

2. Intersit alicui exhortationi,
aut conferentiae spirituali.

3. Exerceat aliquid opus misericordiae, v. g. visitet infirmos, car-
ceratos: aut doceat ignorantibus
res ad animae salutem spectantes.

Singulis mensibus.

1. Legat praedictas Regulas vi-
vendi.

2. Con-

2. Conferat cum Directorे statum animæ suæ.

Singulis annis.

1. Faciat Exercitia spiritualia ,
& annuam Confessionem.

2. Relegat Rubricas Missalis ,
Breviarii, &c.

Omni tempore.

1. Fugiat malas societates, lusus,
venationes, & negotia sacerdotalia.

2. Eliciat actus Fidei in functionibus , quas exercet ; Spei in adversitatibus, quæ accidunt ; & Charitatis in Deum & proximum.

3. Faciat sibi familiare exercitium Præsentia Dei.

4. Memor sit , se esse obligatum
ad præbendum sacerdotalibus bonum
exemplum.

*Notantur aliqui libri, quibus magno
cum anima proventu uti possunt Viri
Ecclesiastici.*

P. Joannis Busæi Enchiridion Me-
ditationum. P. Fabij Ambrosii Spi-
nola



nola Meditationes. P. Ludovici de Ponte. Meditationes. Manna animæ P. Pauli Segneri.

Lectioni Spirituali serviant.

Biblia Sacra, aut saltem Novum Testamentum, latinum. Instructio Sacerdotum P. Molina. Opera P. Ludovici Granatensis, præsertim Dux Peccatorum, & Memoriale. Thomæ à Kempis de Imitatione Christi. Opera S. Francisci Salesii. Exercitium de Perfectione P. Alfonsi Rodriguez. Christianus Instructus P. Segneri.

Quinque actus Exercitii Matutini.

1. Statue te in præsentia Dei; adora Eum, & agnosce esse Dominum tuum, Creatorem & Redemptorem tuum, cui omnis honor debetur, quique fons est omnis boni.

2. Age Ei gratias pro omnibus beneficiis acceptis; præsertim pro beneficiis Creationis, conservations transacta nocte, indulti ad agendam poenitentiam temporis,

vocationis ad statum Sacerdotalē,
si es Sacerdos.

3. Humili corde pete veniam de
peccatis commissis; dole de iis ex
amore Dei, ac firmiter propone,
auxiliante ipsius gratia, nunquam
de cætero ipsum offendere.

4. Offer Ei omnes cogitatus tuos,
locutiones, & opera hujus diei, &
totius vitæ tuæ, protestare, quod
velis omnia esse consecrata honori,
& majori ipsius gloriæ.

5. Obscura, & ora Eum per me-
rita Christi, Domini nostri, ut lar-
giatur tibi gratias necessarias, tam
ad fugiendum malum, quam ad fa-
ficiendum bonum; præsertim verò
insta pro gratia, qua adjuvante pos-
sis hunc diem sanctè, & absque pec-
cato transigere.

*Generale Conscientiae Examen vesperi
faciendum.*

1. Statue te in præsentia Dei, adora
Eum, & gratias Ei age pro omni-
bus beneficiis, præsertim verò hoc
die acceptis.

2. Pe-

2. Pete gratiam pro cognitione peccatorum hoc die commissorum, & detestatione eorundem.

3. Exige rationem ab anima tua vestigando, quæ peccata hodie cogitationibus, verbis, operibûs, & omissionibus contra Deum admisseris, & iis præsertim infiste, ad quæ majorem sentis inclinationem, & in quæ soles frequentius labi.

4. Dole ex intimo corde, quod Deum offenderis; ad quod juvat considerare infinitam ipsius beatitudinem, & turpitudinem peccati: humillimè pete veniam, ac propone, auxiliante ipsius gratia, nunquam de cætero ipsum offendere.

5. Stude, eum in statum te reponere, in quo voles reperiri in hora mortis; v. g. in puncto mortis voles, te semper fugisse peccatum, observasse mandata Dei, exercuisse virtutem, & bona opera; hinc propone te hæc deinceps facturum esse.

His peractis, est salutare, dicere: *Confiteor Litanias Lauretanis, Psalmum De Profundis pro animabus Purgatorii.*

Examen Conscientiae Particulare, & quotidianum, à venerabili Gregorio Cardinale Barbadico, Episcopo Patavino, Viris Ecclesiasticis suæ Diæcesis supra commendatum, & prescriptum

Hujus examinis instituendi necessitas specialis est, & maxima, quia vires habemus naturæ & gratiæ limitatas, atque finitas, quæ simul adversus omnia vitia, numero multa, viribus robusta, efficaciter pugnare non possunt, ideoque aliquod particulare vitium aggredi oportet, quo superato aliud prosternatur, ut sic tandem ad concupitam mentis libertatem, & puritatem veniamus.

Docuit hoc examen S. Joannes Chrysost. hom. in Joan. 22. his verbis: *discamus igitur, & vitia nostra recensentes, ea tempore corrigamus,*

& hoc mense unum, alio aliud, & ita
subsequenter meliores efficiamur, & si
tanquam per gradus quosdam ascenden-
tes, per scalam Jacob ad celum pervenie-
mus. Cum autem per singulos men-
ses pugnam adversus quodlibet vi-
tium arripiendam esse dicit, non ita
acciendiū est, ac si his tantum
diebus cuiusque vitij pugna conclu-
datur, nam sāpē oportet adversus
unum vitium per multos menses,
imò annum integrum pugnare, sed
certum tempus proincerto posuit, ut
doceret nos eo fervore adversus sin-
gula vitia pugnare, ut cuiusque vi-
toria brevi tempore obtingat.

*Forma, seu methodus Examinis Par-
ticularis.*

Examen particulare tria continet
tempora, & duas examinandi sui vi-
ces.

Primum tempus est, manè statim,
ac è lecto surgimus, hoc proponere
quisque debet, quam diligentissime
ab

ab illo sibi vitio , & defectu particula-
ri cavere , in quo se corripere vult ,
aut emendare ; atque ad hoc auxilium
a Deo petere , invocare etiam ali-
quem ex sanctis , cui peculiariter de-
votus est , præfertim beatam Virgi-
nem.

Secundum tempus est meridies , in
quo primum examen est faciendum ,
quod tria puncta complectitur .

Primum est gratiam a Domino pe-
tere , ut reminisci queat , quoties in
defectum illum inciderit , de quo par-
ticulare examen instituitur .

Alterū , rationem ab anima sua ,
defectus , vel vitij hujus exigere
per tempus jam inde ab illa hora
qua surrexit , ac propositum conce-
pit usque ad præsentem horam elap-
sum discurrendo , atque excutere ,
quoties in illud prolapsus sit . Tum
totidem notanda sunt punctula in li-
nea quadam in libello , quem ad eum
usum paratum habebit , exarata ,
quoties in id se prolapsu esse sentiat .

Ter-

Tertium denique punctum est
poenitere, quod lapsus sis, veniam
hujus rei petendo, ac propositum
quoddam concipere, in id à meridie
per Dei gratiam non relabendi.

Tertium tempus ipsa vespera est,
antequam nimirum cubitum conce-
datur, tunc secundò examen eo pla-
nè modo, quo in meridie, per tria illa
puncta instituendum, jam inde ab
ultimo examine usque ad præsens
discurrendo, & totidem in alia linea
secunda notando punctula, quoties
se videbit impegisse.

*Documenta sex, utilia ad faciliorem &
celeriores peccati, seu vitij cuiusvis
extirpationem.*

i.Ut quotiescunque in particolare
illud vitiū cadis, mox doleas de lapsu,
manu leviter ad pectus admota;
quod fieri potest etiam, cùm apud
alios agis, ita ut hi non advertant,
quid facias.

Hunc verò internum detesta-
tionis auctum animo pacato excita, ut
non

non turberis, nec pusillaminis fias ; dicendo corde, aut etiam ore : Ecce, Domine, feci quod ego, in omne malum pronus , poteram facere ; nec ego alind ex memetipso facere possum , quam peccatum : nec hic malitia mea substitisset , ni misericordi tua dextera eam continuisses : quare gratias tibi ago ; doleo de lapsu propter te. Parce mihi Domine, & da mibi gratiam , ut nunquam amplius offendam te ; tibi enim servire unicè desidero. Dein renova conceptum adversus vitium vel defectum , odium ; atque magnò & generoso animo statue , te adversus illud particulare vitium tamdiu strenuè præliaturum , donec illud expugnes , prosternas , ac radicitus extirpes.

2. Ne animum desponeas , si fortè pugna diuturna, & occasiones multæ animo tuo obijciantur, breve tibi tempus propone ; v. g. propositum excita à matutino tempore usque ad meridiem tantum, & non ultra

trà , & à meridie usque ad vesperam, statuendo diligenter tibi cavere hodierno die, non coniociendo oculos in crastinum ; quia alio die , quid futurum sit, Deus novit.

3. Interdiu solicitus sis , ne labaris : & si aliquoties errare contigerit, tantùm absit , ut animum desponeas quin potius occasionem sume nova proposita excitandi , (qualia enim sunt præposita , talis solet esse profectus ;) ita ut toties renovanda sint proposita , quoties in defectum labi contigerit. Sic generosus equus , qui offendit , & cadit , mox surgit , & cum majore conatu pergit ulterius. Solent aliqui ad nuerandos lapsus globulos quosdam secum ferre in funiculo appensos.


4. Ut vesperi , facto jam examine , temporis pomeridiani puncta conferas cum antemeridianis , ut videoas nimirum , num aliqua secuta sit emendatio.

5. Ut

5. Ut diei secundæ atque præcedentis examina invicem conferas : considerans ecquid emendationis intervenierit.

6. Collatis hebdomadarum duarum inter se examinibus pari modo, factæ vel omissæ emendationis rationem habe.

Item notandum est, ex sequentibus lineis primas duas ceteris longiores deputari diei primæ, puta Dominicæ : secundas verò diei lunæ, paulò breviores : & ita deinceps : quemadmodum indies minui convenit erratorum numerum.



Oratio manè, meridie, vesperi
cum innovatione boni propositi
recitanda.

*Deus, qui diligentibus te facis cuncta
prodeesse, da cordibus nostris in-
violabilem tuæ charitatis affectum: ut
desideria d. tua inspiratione concepta,
nulla possint tentatione mutari. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.*

Proderit quoq; subinde per diem
has, similésque ruminare sententias.

*Obsecro Domine, ut de vinculo impro-
perij hujus absolvias me. aut certè desu-
per terram eripias me. Verba Saræ
Tob. C. 3. V. 15.*

*Vide Domine dolorem meum, & la-
borem meum, excoque ad purum sco-
riam meam, & aufer omne stannum me-
um. Isa. c. i. v. 25.*

Juvabit etiam plurimum ad viatoriam.

i. Sibi ipsi pro singulis vicibus,
quibus ceciderit poenæ aliquid in-
jungere, & exequi, v. g. totius sibi
disciplinæ infligere, toties capillum
vellere, humum osculari, lambere;
toties recitare Pater, & Ave, aut u-

num ex Psalmis, aliasque hujusmodi pœnas subire, quoties in vitium id lapsus fuerit.

2. Sub initium, aut finem confessionis, de facto, aut neglecto hoc examine, ad Confessarium referre; magis, etiam speciatim à postrema confessione instituta numerum lapsuum recensere.

Hactenus de praxi examinis ad vitium eradicandū, defectus tollendos.

Eadem praxis non minus virtuti animo inferendæ, firmandæque serviet; si ad similitudinem fere prioris industriae, cùm primùm quis surrexerit, certum sibi statuat externarum & internarum actionum virtutis, cui incumbendum putet, numerum ac determinatum, quem horis antemeridianis expleat. Proderit autem prospicere occasiones actionum virtutis illius exercendarum. Deinde verò à seipso sub meridiem rationem exigat, & an deflexerit à proposito in numero suscepto

virtutis exercendæ observet, tot notulis lineæ superadditis, quot actus eliciendos omiserit.

Denique alium tum etiam numerum statuat, magis accuratè servandum, de quo sub vespéraram disquirat, num proposito meridião, intentio nique responderit, servatis notarum apicibus, punctisve, ut suprà.

Oratio, quæ suprà, hic etiam servire poterit, nisi malis sequentem.

Deus innocentiae restitutor, & amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut Spiritus tui fervore concepto, & invito inveniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Christum &c.

Prior modus Examinis particulatis magis servit viæ purgativæ, posterior illuminativæ: pro via unitiva valebunt, quæ sequuntur aspiratio nes frequentius eructandæ.

Diligam te, Domine, fortitudo mea, dulcedo mea.

Mihi adhærere Deo bonum est.

O quam bonus & suavis est spiritus
tuus in omnibus!

Quam bonus Israël Deus, his, qui
recti sunt corde!

Quis mihi dedit, ut moriar pro te? &
cognoscant te omnes fines terrae?

Non mea, sed tua sanctissima volun-
tas a me, circa me, de me, in me, per
me, fiat O amanissime JESU.

Sanctificeur nomen tuum!

Deus meus & omnia.

Quid mihi est in celo, & à te, quid
volui super terram? Deus cordis mei,
& pars mea Deus in aeternum!

Dominus pars hereditatis mea, &
calicis mei.

O quam mihi sordet terra, cum Cœ-
lum a'picio.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona invisi-
bilia præparasti; da cordibus nostris in-
violabilem tuæ charitatis affectum, ut te
in omnibus & super omnia diligentes,
promissiones tuas, qua omne desiderium
superant, consequamur. Per Christum.

Vel

*Sancti nominis tui, Domine, timorem
pariter, & amorem fac nos habere per-
petuum, quia nunquam tua gubernatio-
ne destituis, quos in soliditate tua dile-
ctionis instituis. Per Christum Domi-
num nostrum. Amen.*

- Indiculus vitiorum pro examine.*
- Aspectus curiosus.
 Cachinni, seu risus immoderatus &
 effusus.
- Clamor inconcinnus.
- Commendatio, & laus propria cum
 jactantia.
- Contentio clamosa.
- Conversatio liberior cum altero
 sexu.
- Curiositas audiendi, sciendi.
- Dicta aculeata, & mordacia.
- Excitatio strepitūs in mensa, cubi-
 culo, loco publico.
- Gula, appetitus cibi, potusque inor-
 dinatus.
- Iræ impotentia.
- Injuriosa & amara verba.

Læsio famæ absentis.

Mendacium jocosum , officiosum.

Negligentia in divinis , in rebus officij.

Otiosæ fabulæ.

Sales & lepores minus urbani.

Societas noxia , periculosa.

In horum locum supponere , aut his addere quilibet poterit , ea , quibus vitandis maximè laborat ; vitium autem quodcumque illud fuerit in superiori margine libelli ad examen particulare destinati ad singulos mes- ses pro memoria annotari convenit , ut contra quid , ut quando suscepimus prælium , & in præsens , & secu- turis temporibus constet .

Ad eligendam materiam exami- nis particularis , quæ maximè con- veniat , si istud circa aliquem defectum faciendum sit , consideran- dum est , an gravis ille , alijs offendiculo & scandalo sit ; an aliorum de- fectuum sit radix & causa ; an ex ve-

hementi aliqua passione oriatur, quæ hominem à se abalienet, atque abripiat, ita ut hinc majus sit periculum in illos frequentius impingendi; an secundum statum præsentem negotiorum, quæ tractantur, vel personarum, cum quibus ea tractantur, sit vicinior occasio in similes defectus relabendi.

Si verò examen faciendum sit circa virtutes, considerandum est, an hæc vel illa virtus meæ vocationi magis conformis sit; an occupationibus & ministerijs, in quibus versor, magis sit accommoda; an occurrat defectibus, in quos frequenter labi soleo, & passioni, in quam propensior sim, &c. Omnibus hisce consideratis, virtutem illam, aut defectum, in quibus plures ex dictis rationes concurrunt, sibi pro examinis hujus particularis materia feligat.

Tandem, ut quisque materiam hujus examinis eligat melius, & tutiū, aperiat directori animæ conscientiam

tiām suam , & ejus consilium sequatur.

Jndiculus virtutum pro examine.

Conformatas cum divina voluntate.

Custodia linguae.

Custodia sensuum , præsertim vi-
sus, tactus. ..

Dulcedo & mansuetudo cum pro-
ximo.

Exacta functionū officij peractio.

Humiliū officiorum exercitatio.

Intentio pura gloriæ Dei.

Misericordia & amor erga paupe-
res.

Memoria præsentiae Dei.

Memoria præsentiae sancti Angeli
Custodis.

Memoria passionis Christi.

Memoria mortis , judicij, &c.

Modestia incessus , sermonis , &c.

Prompta & devota executio vo-
luntatis Superiorum.

In proximo divinæ imaginis agnitione, maximè in superiore.
Tolerantia injuriæ, & contemptus.

Vestitus decentia, modestia.

Zelus fortis, & constans animarum.

Index copiosior Materiae pro examine particulari ex R. P. Alfonso Rodriguez Part. 1. tract. 7. cap. 5. desumi potest.

Synopsis Articulorum Fidei, quæ in Missione, ac cuiusvis sermonis fine recitari potest, desumpta ex opere cœlesti doctrina repletto, intitulato: **Missionarius Apostolicus.** R. P. Joannis Junij, Presbyteri Oratori JESU, celebris per Galliam Missionarij

I Mundus hic non semper extitit; sed Deus illum in tempore ex nihilo condidit voluntate sua; & deo namque potens Deus est, ut momento, quæ vult, condat & faciat.

2. In nostrum usum condidit hunc mundum, omnesque creaturas: Sol enim ut nos illuminet, terram, ut nos sustentet, & producat fructus, &c. Verum nos pro semetipso fecit: in mundum nos misit, non ut bona mundi congregemus, nostrisque oblectamentis vacemus, sed ut ipsum, Dominum ac Creatorem nostrum cognoscamus, diligamus, ei obediamus & serviamus, atque ita regnum cœlorum mereamur.

3. Non est, nisi unus Deus in tribus Personis, quæ sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus, verum non sunt tres Dii, unus Deus est in tribus Personis.

4. Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sunt æquè potentes, sapientes, sancti, senes, nec unus predominatur alteri, quia sunt unus idemque Deus.

5. Dei Filius, secunda in Trinitate

tate Persona, pro nobis homo factus est, & JESUS Christus appellatur. Si vis, ut salvet te, nosse oportet, quis ille sit. Dum ex te quæritur: quis est hic JESUS Christus? Responde: Dei Patris Filius est, pro nobis homo factus in sanctæ, ac immaculatæ MARIAE Virginis utero, verus Deus, ac verus Homo.

6. Deus pater est verus Deus, sed non est homo; non habet corpus,

sed purissimus & omnipotens spiritus est, qui per immensitatem suam ubique est. Spiritus S. est verus Deus, sed non est homo, non habet corpus, sed purissimus & omnipotens est spiritus, qui per immensitatem suam ubique est. Filius est verus Deus, estque purissimus & omnipotens spiritus, qui per immensitatem suam ubique est; at non solum Deus, sed etiam homo est.

7. Semper Filius extitit Deus, non Semper homo. Deus Filius genitus est à Patre ab omni æterni-

nitate, non carnaliter, non corporaliter; nam Deus Pater nec corpus, nec carnem habet, sed Filium ab æterno spiritualiter generat suo intellectu Divino.

8. Igitur Filius semper fuit Deus, non semper homo: à mille septingentis, & aliquot annis homo est. Pro nobis factus est homo, ut nos redimeret ex captivitate diaboli: omnes enim ob peccatum primi parentis, & peccata propria damnaremur, nisi nos redemisset

9. Concepit Filium Dei MARIA Virgo 25. Martii, & Virgo permansit; concepit enim, non ut reliquæ mulieres, sed gratiâ, & operatione Spiritûs sancti

Peperit eum media nocte, & collocavit in præsepio.

10. Christus triginta tribus annis in magna paupertate, ac pœnitentia ob peccata nostra vixit.

11 Homo factus est, ut pro nobis pateretur; si enim Deus tantùm



fuisset, pati non potuisset; Filius ut Deus, spiritus purissimus tantum est, spiritus autem cruci affigi nequit: ut crucifigeretur, humanum corpus atque animam assumisit.

12. Die Veneris sancto in Cruce pro peccatis nostris mortuus est; tertia post mortem die anima Christi reassumisit corpus, & vivum reddidit, atque in Paschatis die Christus a mortuis gloriosus surrexit.

13. Quadraginta post Resurrectionem diebus apparens Apostolis, & loquens de regno Dei, die Ascensionis in cœlum ascendit. Die Pentecostes Ecclesiæ suæ Spiritum S. misit, ut eam suâ assistentiâ gubernaret.

14. De cœlo in terram Angelis stupatus aliquando redditurus est ad nos judicandos. Resurgentemus omnes, corpora reassumemus, & corâ eo comparebimus ad reddendam totius anteaetæ vitæ ratione. Qui reperti fuerint ejus mandata obser-
vâsse,

vâsse, sancte vixisse, securi gaudebunt, eosque una secum in cœlum deducet, ut omnibus deliciis, atque honoribus æternum fruantur. Qui verò reperti fuerint peccata mortalia commisisse ac in iis è vita decessisse: ut sunt blasphemi, testes falsi, instrumenta falsificantes, vindicativi, luxuriosi, fæminæ impudicæ, latrones, debita non solventes, injustè litigantes, similèisque alij, à Christo, justissimo judice in infernum, ubi æternaliter ardebunt, absque ullo dubio dejicientur.

15. Ad largiendum nobis gratiam suam, præcipue tria nobis reliquit Sacra menta. Primum est Baptismus. In casu necessitatis, qui vis homo, seu vir, seu fœmina, etiam infantis Pater, aut Mater, si alter desit, baptizare potest. Infans autem hoc modo est baptizandus: fundatur aqua naturalis supra caput infantis; Si verò supra caput non potest fundi, fundatur supra pecus, brachium, manus, aut pedes, ac persona baptizans tum, dum

aqua m̄ fundit, dicat: *Ego te baptizo
in nomine Patris, & Filii, & Spir-
itus Sancti.*

16. Si infans in alia corporis par-
te, quam in capite, baptizatus, de-
inde caput exhibeat, promptè su-
per infundenda est aqua, ac dicendū:
*Si non es baptizatus, ego te baptizo
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti.* Si dubitatur, proles viva, an
mortua sit, dicatur: *Si vivis, ego te
baptizo in nomine, Patris, & Filii, &
Spiritus sancti,* Baptizans autem in-
tendat facere, quod facit Ecclesia
Catholica. Etenim infans sine Ba-
ptismo è vita decedens Deum nun-
quam videbit, & hinc æternūm in-
felix erit.

17. Si fœmina prægnas in mortis
articulo existit, protinus advocetur
Chirurgus, qui cùm de matris obitu
certò constiterit, aperiat uterum,
extrahat infantem, ut baptizetur.
Error est, credere, infantē eodem,
quo mater obit, momento mori; in-
terdum horæ quadrante, dimidiat
horâ, & ultra post matrem vivit.

18. Ad baptizandum infantem non est necessaria aqua benedicta; sufficit naturalis, id est, qualem Deus creavit: talis est aqua putei, fontis, fluvij, pluviae, nivis liquefactae. Oportet, ut supradictum est, fundere aquam supra caput infantis.

19. Alterum ex præcipuis Sacramentis est Pœnitentia. Ut quis ritè confiteatur, duo minimum requiruntur.

Primum ac principale, in quo saepedeficiunt pœnitentes, est, ut prius quam te tribunali Pœnitentiæ sistas, saepius magno cum affectu Deum depreceris, ut tui misereatur, te convertat, cor tuum tangat, contritionem donet: ut auxiliatricem tibi manum porrigat, qua adjutus, agnito miserrimo pravitatis tuæ statu, in quo jaces, te ipsum erigas. Invocanda quoque est Beata Virgo, Mater misericordiæ, implorandi Sancti Dei, & faciendæ eleemosynæ, aliisque hunc in finem pia opera sunt præstanta. Dolor ingens excitandus est ob Deum infinitè bonum, & su-



per omnia amabilem, peccatis offenditum: insuper vera ac firma adesse debet voluntas, mediante ipsius gratia, nunquam amplius ipsum offendendi.

20. Secundum est, ut sacerdoti omnia detegantur peccata gravia, ac ne unum quidem occultetur. Ne vereamini totam conscientiam vestram aperire, cogitate, quod Confessarij magna cum dulcedine, ac teneritudine amoris, (licet enormia, infamia, ac numerō multa sint peccata vestra) sint vos excepturi, velut Pastor oves errantes; ab omnibus absoluturi, ut Deo animas vestras lucentur. Si pudet vos Confessarijs notis (quanquā vos pudere minimè oporteret,) peccata vestra exponere adite eos, qui vos non noscunt, nunquā viderunt, nec forte visuri sunt: cùm peccata eis confessi fueritis, ab ijs mundati estis: nec est deinde obligatio in hora mortis, aut tempore Jubilæi eadem repetendi.

21. Tertium est Sacrosanctæ Eucharistiaæ Sacramentum, credendum est

est, in sacra hostia, quæ in Missa elevatur, atque in illa quam in Communione sumitis, post pronunciata à Sacerdote verba præsentem esse JESUM Christum, vosque eundem in ea sumere: non est in ea tantum imago, aut figura Christi, sed ipsam est Christi Persona realiter. Non est in sacra hostia Christus ut in imagine, vulgò dicta, Crucifixus; Crucifixus imago est, nobis repræsentans, quo pacto Salvator pro nobis in cruce mortuus sit. In hostia verò non est imago, aut similitudo Christi tantum, sed est ipse JESUS Christus. Christi caro, vivus Deus, vivus Homo sacra in hostia est nempe Homo Deus - JESUS Christus Dominus noster: caro ejus, corpus, sanguis, anima, Divinitas; totus ibi ita realiter est, ut in visceribus Mariæ virginis erat; ita verè, ut in cœlo est ad dexteram Dei Patris sedens.

Admonitio ejusdem Authoris, Viri Apostolici, & zelo animarum pleni.

Lector mi, per viscera misericor-

diz JESU te adjuro, ut cum zelò & fervore in fine omnium sermonum supradictos Fidei Articulos legas. En rationes! affirmant S. Thomas, S. Bonaventura, & alij DD. omnes adul-
tos sub mortali esse obligatos ad sci-
endum dictos Articulos : plures o-
mnium Ordinum Authores docent
aliquos ex his Articulis esse necessa-
rios scitu necessitate medij. Ni cre-
bro inculcentur, illos vulgus capere
non potest. Inquies: hi Articuli in
Catechesi docentur? At major adul-
torum pars non interest.

Non crederes, quot mulieres apud
me se accusarint, quod infantes sine
Bapismo decedere ex hac vita, ne-
gligentiâ iuâ, siverint, ne diffamaren-
tur, ut quae suam famam conservarent:
quia ignorabant, infantes sine Baptis-
mo decedentes non salvari.

Ah quot animas lucrareris, si sæ-
pe istud prædicas, ac bene inculca-
res materiam & formam Baptismi!

Mihi ipsi, qui hæc exscribo, con-
stat, duos infantes paucis abhinc an-
nis sine Baptismo e vivis decessisse,

quod qui aderant, & morientes spe-
tabant, ignorarint, qua ratione
Baptismus sit conferendus.

Si non potes omnes Articulos
post singulos sermones recitare, sal-
tem modò hos, modò illos recita,
prout deprehenderis horum, aut illo-
rum in rudiori gente ignorantiam:
ita fiet, ut intra anni spatiū vulgus
probè edoceatur hos fidei Articulos;
præsertim, si in fine sermonum, quos
ad numeroſum auditorium habebis,
zelo lucrandarum Deo animarum ac-
census hos omnes fidei Articulos è
cathedra recitaveris. Minimè repu-
ta tibi istud in contemptū cessurum,
zelū tuum extollent prudentes. Quid
multis? Quærendus est Deus, quæ-
rendæ sunt animæ; judiciū Dei rudis
mundi falsæ opinioni est præferen-
dum. Si gloriām Dei, & animarum
salutem sincerō ac purō zelō quæſie-
ris, honoris tui curam habebit Deus,
& exaltabit te in tempore tribulatio-
nis.

Ad-

Adverte Lector, non asseri, omnes circumstantias, quæ in hac Synopsis ponuntur, esse de fide, sed eas explicationis gratiâ adjectas esse.

Quinque Selectæ Resolutiones de Baptismo, & Extrema Unctione.

Resolutio 1. *Infans nondum in aliquas sui corporis parte natus, sed adhuc in utero matris clausus, in extrema necessitate licet Baptizari potest.* Ita P. Ludovicus Scildere de Princip. Consc. tract. 6. c. 2. n. 9. & 10. Jacobus Pignatelli tom. 1. Consult. 153., qui refert huic dissertationi occasionem obstetricices dedisse, quarum aliquæ Romæ jussu Eminentissimi Vicarij examinatæ affirmârunt infantes in utero posse ablui. P. Georgius Gobat de Baptismo. n. 57. P. Jacob Wiestner tom. 3. tit. de Baptismo n. 9. 10. & 11. P. Dom. Viva Curs. Theol. part. 3. Disp.

Disp. I. quæst. 7. citans Præp. Ledesm. Bonac. Laym. Lezan. Less. Coninch. Dicast. Tann. Martinonium. P. D. Gabriel Gualdo, Clericus Regulæris, qui præ ceteris summa cum eruditione, ac animarum Zelo huic opinioni adhæsit, eamque in bono lumine collocavit opusculo hac de redicto Patavij 1712. intitulato; *Baptisma Puerorum inuteris existentium*, in quo pro hac benigna opinione ultra 20. Authores allegat.

Contrariam sententiam videntur ferre per quindecim sæcula docuisse SS. Patres, & Doctores usque ad annum 1490., quo tempore coepit Profundissimus Gabriel Biel de hac dubitate, advertens, quod SS. Patrum mentem possimus benignè interpretari.

Probatur. Quia Infans, sic constitutus, est subiectum capax Baptismi; nam est homo non baptizatus, & potest rinki, sive ablui aquâ, omniaque hic interveniunt, quæ ad Sacra-

Sacramentum Baptismi requiruntur, nimirum materia, & forma, & intentio debita, ac subjectum Baptismi capax.

Confirmatur ex Trident. Sess. 5. Can. 3. ubi anathemizatur, qui negat Christi meritum per Sacramentum Baptismi in forma Ecclesiæ ritè collatum tam adultis, quām parvulis applicari; cùm autem etiam infantes in utero matris positi sint parvuli (dicitut enim Genes. 25., quòd in utero Rebeccæ collidebantur Parvuli, nempe Jacob & Esau) sequitur, quòd etiam pro eiusmodi infantibus institutum sit à Christo Domino Baptisma, ita ut ijs prospicit, si possint aliquando physicè ablui. Eadem doctrina habetur in cap. Firmiter de Sum. Trinit.

Dices : Rituale Romanum ait : *Nemo in matris utero clausus baptizari debet; at si infans caput emiserit &c. itē: si aliud membrum emiserit, baptizetur, &c.* Respondeo cñm Pignatelli, hæc

verba, si bene considerentur, pro nobis facere; nam in casu nostro infans non est in toto rigore clausus in utero matris; sicut non debet dici clausus in carcere, qui stat ad ostium carceris apertum, ut egrediatur, quamvis nullam corporis partem foras extulerit: præsupponitur enim infans jam aperuisse ostium uteri, saltem quantum necessarium est, ut aqua ad ipsum pertingat; imò ut manibus obstetricis tangi possit ipsum corpus infantis.

Pro praxi noto 1. Infans instantे partu se solvit à secundinis, illas pedibus & manibus lacerando. Ita Hippocrates, & multi alij medici apud Gualdo n. 66. Quòd si aliquando secundinæ priùs non lacerentur, hoc fieri poterit ab obstetricie. Ita docent Practici secuti Albucasim L. 2. c. 75. hæc scribentem: *Deinde intromittat (in uterum) obstetrix intra digitos suos spalumile parvum, & findat cum eo secundinam, & secet eam ungue suo*



suo, donec effluat, quod est in ea de humiditate.

Noto 2. Bisariam infans in utero existens ab obstetricice ablui potest. Primo quidem aliquo instrumento, quo iniiciatur aqua in uterum, sicut Chirurgi tali instrumento utuntur ad iniiciendos convenientes humores in ipsum uterum, quando labrat v. g. hydrope & illud vocant Clysterem. Secundo immittendo manum in uterum, & habendo intra digitos parvam spongiam, aut telam subtilem, aquâ imbibitam: aqua verò debet esse calida, quia frigida noceret utero.

Primus abluendi modus certò fieri potest, ut videre est apud Gualdoni. 54., ubi allegat Franciscum Mauriceu, Gallum, qui ostendit hunc modum abluendi infantem per instrumentum Italicè dictum, *Siringhetta*, esse facilem. Idem Mauriceu docet, ut cognoscamus, an infans in utero sit vivus; ut manu in matricem immis-
sa,

& infantis brachio apprehenso,
vel vase umbilicali, tactu percipia-
mus, an arteriæ motum suum pera-
gant, nec ne.

Quo ad secundum ablutionis
modum, dubitandum non est, in-
stante partu sæpe posse immitti ma-
num in uterum, & sic spongiâ, vel
telâ subtili, madefacta infantem ab-
lui. Accipiat quis sinistra infantu-
lum recenter natum, ponat dexte-
ram supra ejus pectus, videbit pueru-
lum esse majorem manu, tum longi-
tudine, tum latitudine, tum profun-
ditate. Tum in hunc modum se-
cum ratiocinetur: hic infans, qui
major est manu, potuit egredi ab u-
tero, ergo hæc manus, quæ minor
est, poterit ingredi in uterum. Præ-
terea aliquando infans duplica-
tus nascitur; hoc certè longè minor
est manus; ergo multò magis pote-
rit ingredi, præcipue cùm habeat
majorem vim faciendi sibi viam.

Ex his, quæ apud obstetrices,

Chirurgos, & Medicos sunt inconcussa, infero dari s̄apecasum, in quo cavitas uteri sit aperta, & tamen infans sit intra cavitatem, & nulla pars extra appareat: atque hic casus anno 1705. die 26. Decem. hora 22. Patavij accidit P. Gualdo. Assistebat is fœminæ gravidæ animam agenti, quæ parere nequibat. Cùm obstetrix cognovit ex tactu caput infantis esse in orificio interiori, præcepit ei, ut tela subtili, aquâ imbuta infantem abluere conaretur, quod Deo dante obstetrix peregit. Insperatò postea natus est fœtus, & iterum sub conditione baptizatus fuit ob dubium, quod ingerit opposita opinio.

Cæsar Fortini, Egregius Chirurgus Monticuli in Piceno anno 1704. die 18. Octob. infantem in utero baptizavit, & sedulò hanc veritatem obstetrices edocere studet. D. Petrus Morten, SS. Theologiæ Doctor, Zelofus Anzbaci in Austria Parochus, jussit 24. Maij anno 1720. infantem in

in utero matris existentem tela subtili aquæ calidæ immersa baptizari. Alij quidam magni viri, uti testatur Jacob. Pignatelli tom. 1. Consult. 153. n. 36. secuti sunt hanc practicam senteniam, nominatim Franciscus Paparettus, Parochus S. Mariæ in Cosmedin, Vir exquisitæ eruditionis. Utinam præclarorum, & Zelosorum horum Virorum exemplum cæteri, præsertim Pastores animarum, imitentur in gratiam parvolorum in utero matris decedentium; ita enim plurimum conferrent ad non paucos in perpetuum salvandos.

Resolutio 2. Peccat graviter, qui negligit Baptismum conferre pueris in utero existentibus, quoties possunt aliquatenus aperto utero ablui, si sint in vita discrimine. Ita P. Dominicus Viva Curs. Theol. part. 3. disp. 1. q. 7. n. 4.

Prob. ex communissima doctrina apud Dianam p. 3. tract. 3. ref. 9. Quoties possumus citra grave incommodum subvenire proximo pericli-

canti circa æternam salutem, sequendo opinionem probabilem, ad id sub gravi obligamur: in casu autem nostro, sequendo opinionem probabilem primæ Resolutionis, subveniremus infantibus circa æternam salutem periclitantibus; ergo tenemur sub gravi juxta laudatam opinionem illos baptizare; quamvis sub conditione (si sint capaces) ob incertitudinem, & meram probabilitatem talis opinionis.

Et sanè ex cap. *De quibus de Baptismo*, Baptizandus est sub conditione fœtus in dubio an sit homo, vel monstrum, an sit vivus, vel mortuus; ergo à potiori baptizari debent sub conditione infantes in utero existentes, quoties ablui possunt saltem per aliquod instrumentum, puta per fistulam, seu clysterem, aut spongiā aliquā intra digitos positā; quia non solum est in dubio positum, an sint Baptissimi capaces, sed etiam valde probabile est, quod sint capaces, tum ob

rationes adductas, tum ob authoritatem Recentiorum, qui de hac re quæstionem instituerunt. Possunt autem ablui dictis modis, quando aut uterus aperitur à fœtu tentante egressum irrito conatu, aut uterus à Peritis inciditur, prout sæpe citra periculum vitæ prægnantis factatum est.

Neque obstat reverentia Sacramento debita, quò minus possit sub conditione conferri Baptismus, ita ut exponatur periculo frustrationis. Nam ex doctrina subtilissimi Doctoris in 4. dist. 3. qu. 2. communiter recepta; quando in Sacramentis conficiendis urget necessitas, tunc citra ullam irreverentiam adhiberi potest, ac debet materia, forma, aut opinio, quæ hic & nū haberi potest, ut subveniamus proximo extremè indigenti; cùm Sacmenta instituta sint in bonum fidelium; ut proinde potius exponendum sit Sacmentum pericu-

lo frustrationis, quām homo periculo æternæ damnationis.

Resolutio 3. *Baptizatus ab hæretico aliquando sub conditione baptizandus est.* Ita Ludov. Scildere de Princip. Conf. trac. 6. cap. 2. n. 13. Certum enim est baptizadū esse sub cōditione baptizatū ab hæreticis illis, à quibus in baptizando committi solet defectus quo ad aliquid essentialē, sive materiam, sive formam, sive intentionem. Quinam autem illi sint, discendum est ex ijs, qui frequenter modum baptizandi ab ijs usurpari solitum observarunt.

Synodus Mechliniensis anno 1607.
26. Junij sic statuit Tit. 3. de Baptismo C. 6. *Quia frequens experientia docet modernos hæreticos sape contra receptam Ecclesiæ consuetudinem, & antiquissimam traditionem baptizare, uno aquam fundente, altero formam pronunciante; ab hæreticis baptizati sub conditione baptizantur.* Quæ Synodus anno 1608. quarto kalendas Maij

Maij approbata fuit à Paulo V. Cef-
fare tamen videtur hoc præceptum,
quando Baptismus ab hæreticis col-
latus est in loco, in quo defectus ille
seu similis, v. g. baptizandi in a-
qua rosacea, contingere non solet.
Unde Petrus Marchant Commissarius
Generalis Patrum Minorum in suis
resolutionibus de Baptismo casu 2.
censet non debuisse rebaptizari, &
reordinari aliquem Sacerdotem, qui
ab hæretico baptizatus in tali loco
fuerat, eò quod decretum concilij il-
lius tunc cesseret. Nec timendum es-
se à defectu intentionis: eò quod hæc
rectè præsumatur esse in quovis etiam
hæretico, qui censendus est juxta
Christi præceptum velle baptizare,
cum propter illud baptizet, sicut qui-
vis celebrans, & absolvens præsumi-
tur habere intentionem. Addo
hæc præcipue habere locum, quan-
do Baptismus ab hæretico fit publicè
in templo juxta ritum in Rituali hæ-
reticorum propositum, eò quod de-
fe-

fectus, si quis intercederet, facile ab aliquo præsentium deprehendetur. Huc facit constitutio Philippi Rovenij, Vicarij Apostolici in Hollandia edita anno 1638. 12. Decemb.
Baptizati ab hereticis non facile de novo baptizentur, nisi constet omnino aliquid substantiale circa illos praetermissum, vel rationabiliter de eo dubitetur.

Sed hisce dictis non acquiescunt plures, quorum auctoritate Pastore Mechliniense auctum, & recognitum prodijt anno 1649. In quo sicut habetur sub Tit. de Sacramento Baptismi. *Et quia nostri temporis heretici pro insatiabili suo in Ecclesiam odio Sacramentorum formas plerumque invertunt; materiam contemnunt, aut legitimam intentionem non habent, merito Baptismus ab eis collatus de nullitate suspectus haberi debet. Proinde ab ijs baptizati sub conditione baptizentur. Quod decretum etiam ex jure naturæ observandum est in locis non nullis, in quibus ministri de cathedra*

Con-

concionatoria baptizaturi , digitum tantum intingunt in aquam , & sic deinde infantem al pergun t, non curantes an in carne , an in vestibus . Item in ijs , in quibus ministri ha retici baptizant puerum sub conditione : si sis praedestinatus .

Ex his infero 1. baptizandum esse sub conditione baptizatum ab ha retico , qui vult amplecti fidem Catholicam , quando rationabiliter de baptismo dubitatur . 2. Baptizandum esse sub conditione eum , qui ab ha retico baptizatus , amplexus est fidem Catholicam , vultque matrimonialiter copulari , ubi simile rationabile dubium est de Baptismo ; quia hoc Sacramentum est janua reliquorum .

Infero 3. Viros Zelosos , & Parochos debere in dictis casibus accuratum instituere examen de Baptismo ab ha reticis collato , ut statuant : an talis Baptismus sit sub conditione repetendus , necne .

Resolutio 4. Pueris cum ad usum

ra-

rationis pervenerint, conferenda est Extrema Unctio; ijsdem conferenda est sub conditione, quando dubitatur, an habeant usum rationis. Ita P. Ludovicus Scildere loco laudato cap. 6 n. 54.

Pars 1. Resolutionis constat ex Pastorali Mechliniensi, in quo dicitur: *Pueri, qui carent usu rationis, ungendi non sunt; secus est de pueris periculose agrotantibus, qui peccati mortalibus ac confessionis capaces sunt, licet sint solum octo, aut novem annorum.* Idem constat ex Rituali Rómano Tit. de Sacramento Extremæ Unctionis, ubi dicitur: *debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, cum ad usum rationis pervenerint.* Idem docent apud la Croix L. 6. part. 2. n. 2110 Zambr. Sa. Laym. Avers. Rayn. Burgh. & alij communiter.

Partis 2. ratio desumitur ex allatis verbis Pastoralis Mechliniensis, ubi capax confessionis dicitur capax Extremæ Unctionis. In dubio autem, an puer sit capax, absolvendus est;

er-

ergo etiam inungendus. Et ratio
ulterior est, quia Sacramentum hoc
non est tantum ad peccata & peccati
poenas tollendas, sed etiam ne æger teta-
tionibus succumbat, & ut, si ita ex-
pedit, sanitati restituatur; ergo est
inungendus puer conditionatè in du-
bio, an unquam sit usus ratione:
Zambr. Joan. Sanch. Dian. Avers.
Rayn. apud La Croix n. 2111.

Resolutio 5. Conferenda est ægrotis
Extrema Unctio, quando periculose
ægrotare incipiunt. Ita Sapientissi-
mus Robertus Bellarminus, Cardina-
lis, & Archi-Episcopus Capuanus, De
arte bene moriendi Lib. 2. cap. 8.
ubi sic loquitur:

Cur rarissimè nostro tempore con-
valescant ægroti, Extrema Unctio-
ne suscepta, causa est, quia nostro
tempore seriùs, quam oportet,
hoc Sacramentum exhibetur ægrot-
tis: neque enim per hoc Sacramen-
tum miracula expectanda sunt, qua-
le miraculum esset, si is, qui agit ani-



mam, continuò convalesceret. Verum si hoc Sacramentum conferretur ægrotis, quando periculose ægrotare incipiunt; sæpè videremus effectum sanitatis, quæ non quidem in momento, sed tempore suo succederet. Quæ causa est, cur Extrema Unctio non conferatur ijs, qui propter commissa crimina à carnifice interficiuntur. Isti enim non nisi apertissimo miraculo à mortis periculo liberari possunt.



Appendix.

IMpressis quinque resolutionibüs, in manus meas venit laudatissimum Directorium agendorum tempore Pesis, Auctoritate Reverendiss. ac Celsiss. Principis, D. D. JOSEPHI ex Comitibus de Rabatta, Episcopi Labacensis, editum Labaci typis Joann. Bapt. Mayr 1679. & ad sua Diæcœsos Pastores submissum, in quo Tit. I. de Sacram. admi-

nistrat. §. 1. n. 6. & 7. in confirmationem Resolutionis 1. & 2. sequentia verbo tenus habentur.

Si mater ita periculose decumbat, ut citius quam infans exteriū Baptizari possit, moritura videatur, nec tamen dictus infans ulla sui parte emineat, nec ab obstetricce etiam intus digito, aut manu attingi possit, potest tunc a debet ille etiam intra uterum adhuc totaliter existens sub conditione hac ratione baptizari: mittendo nimirum aquam tepidam (frigida enim esset mors tum matris, tum infantis) in Cyringam, seu instrumentum illud, quo clisteria dari solent; eamque sive per obstetricem, (cui id magis, quam Sacerdoti ob honestatem convenit) sive per aliam honestam soemianam, tunc assistentem, in uterus transmittendo; simulque sub conditione, *Si valeat Baptismus*, pronunciando debitam formam: *Ego te baptizo in nomine ēc.*

Sic enim etiam infanti succurritur eo modo meliori, quo potest, ac etiam tali casu debet.

Si aqua nimis frigida sit, ut infantī nocitura videatur, ea est calefacienda, immiscendo aliam, licet non benedictam: siquè benedicta haberī nequeat, quævis naturalis, modò elementaris sit, sufficit.



Regula Aurea typis edita
est Mediolani jussu Caroli Borromæi
1575. Coloniæ Agrippinæ à Nicolao
Gallerio S. Caroli Borromæi Vica-
rio Generali 1588. Brixiae jussu Ma-
rini Georgij Episcopi Brixiensis 1621.
Parisijs jussu Conventus Ecclesiæ
Gallicanæ 1657. Lugduni simul cum
actis Ecclesiæ Mediolanensis à S. Ca-
rolo Borromeo conditis, & jussu Fe-
derici Card. Borromæi collectis.
1683. Romæ jussu Innocennij XII.
Papæ 1700. Coloniæ 1705. & alibi.

Er-

Errata Correcta.

In Præfatione.

Fol. 5. lin. 7. sepente, lege sedente.

Fol. 8. lin. 21. post verba: in hac occasione, adde authoritatem potestatēis omnem

Pag. 27. lin. 20. detegant lege detegat.

Pag. 31. lin. 17. homines intellige viros.

Pag. 37. lin. 14. adstricti lege adstricti.

Pag. 39. lin. 12. hominibus intellige viris.

Pag. 47. lin. 23. duputantur, lege depuntantur.

Pag. 57. lin. ult taciant lege, faciant.

Pag. 61. lin. 16. quoad, lege quod.

Pag. 66. lin. 5. post ly juratio, addet mendacium

Pag. 66. lin. 9. diestus, lege diebus.

Pag. 68. lin. 2. dele nem.

Pag. 82. lin. 2 plerqua, lege, plerique.

Pag. 94. lin. 1. debns, lege, diebus

Pag. 109. lin. 6. 31. lege, 18.

*Sit autem hic hujus opusculi (sed oh ubi
Æternitatis!)*

F I N I S.

Regulæ vivendi &c.
Resolutiones quinque &c
imprimantur. Labaci
Ex officio Episcopali,
die 26. Junij 1721.

Joannes Jacobus
Schilling, SS. Theolo-
giæ Doctor, Cath. Eccles.
Canonicus, & Vicarius
Generalis Labacensis.

O Lether, wir auf, da ist
Kinder, wolff d'jer alßt
Sacrament Gaben, in
der Erwagheit ungelyß,
felig sind, und Gott
wirnußt aufgängen un
dij. Vilt bespandig,
und gottlosigstig ist
soher Gaben und gebeten
Es ist Christus Christus, und
ringen wolt I. was,
so ist du gründt unsinnig
der Mensch fürrt Jesu ist
Hab du Fordign, und
Fordign für Christ, da
war die Schwanger wein
ber, war man Trost
hat Es ist Christus
und Gott sind Es
"Dus, damit Es sind
Ihrands genötig, und
geblieft wardt, auf
die Weisheit ist

dag naer Antwerpen Ato,
Intrechte, augenblicke,
einen Curcken, 23 Da,
regen = Doldf Esse ob,
Lijf dinge van Laffy,
indt vroeghert doekken
is, indt zu Soffa.
vnuw der expenses,
welcke man dienen
kancken, ordt wiek
gafft solc, als Swane,
goet wiek, wie sic is,
in die Stadt Brussel.

¶. Iwan als Brust: Kind si,
wen Brust: Vaders Schwab
überzelt, Lieren Drift
solche wiedernem siem,
Zur Pley, soll der Brust
Vater, ofter als Brust
kind naer Antwerp zu
mag, die Quellring
daeruit wren, indt

soltz den selby, wan
so auf jene leine ver-
languß solte, ein fändig,
dann folbigezt wist,
so zu von iste, huldt
tublastet, undt bestet
ist fort. aber noch bes-
se ist wan die rechte,
son weilt mir d' brüder
vater, sonder nur di
zu andern grüdelig ist,
heit, dann gat thun
auswohn ist veyne
solß brüder-kind.

7 so ist gauß gewiht,
so zu groß auf daß
aus dem kannen-holß,
welch schwere sind
eigt kinder gegang selby;
dasselb ist das +
gross, und schwer der
zwey fräster auf der
stora meuegk brüder,

weil ic glaub'z, ob so sit
der zwey iusto sin nicht
sich augen aufredt wirdet:
den unsach' laßne wir
offen-hom, verlebt si.
Ic gaudi' grotz der
Von - sy'l Logg' we-
nig' im, der Gott's
maß im Japp Chorly
ausson-talige Criz'
datter Romm'.

Ic gott ic den Criz'
welt auf die Mord und
Krieg wack' und sole,
und Caister bin im
grisblatt auf Rodzalotz.
Ic gab ab bis merde,
gruppen und glaub' ich,
ob so sanc' Criz' usson
nach datter, als mi-
ne Krieg. Da
jeune od d' Blauets
Bader.

